

Roger Dodsworth and William Dugdale
Monasticon Anglicanum, vol. 2
London
1661

Monastici Anglicani
VOLUMEN ALTERUM,
DE
CANONICIS REGULARIBUS
Augustinianis,
SCILICET
Hospitalariis, Præmonstratensibus,
Templariis, & Maturinis sive
Gilbertinis, Trinitarianis.

CUM
APPENDICE
Ad Volumen Primum de Cœnobiis aliquot Gallicanis,
Hibernicis, & Scoticis: Necnon quibus=dam Anglicanis antea omissis.

A Primordiis ad eorum usque Dissolutionem,
Ex M. SS. Codicibus ad Monasteria olim Pertinentibus;
ARCHIVIS
Turrium Londinensis, Eboracensis; Curiarum Scaccarii, Augmentationum;
BIBLIOTHECIS
Bodleiana, Arundelliana, Cottoniana, Seldeniana, Hattoniana,
aliisque digestum

Per ROGERUM DODSWORTH Eboracensem,
GULIELMUM DUGDALE Warwicensem.

LONDINI,
Typis ALICIÆ WARREN, anno Domini
MDCLXI.

.....

1a

MONASTICON ANGLICANUM.

Dovorensse Cœnobium in agro Cantiano
Ordinis S. AUGUSTINI.

Historia Fundationis ejusdem:

Brevia
Regis de
anno 14.
E. 2.

Du Chastell de Doure, coment il feust com=
mence et estable, et de Chanoignes que il=
loeques estoient jadis.

QUARANT et sept annz a=
vant la Nativite de nostre
signeur Jesu Christ, quant
Cassibalon regna en Bretagne
qui ore est appelle Engleterre,
Julius Cæsar vint de Rome,
et voleit conquerre Bretagne,
si come il avoit conquis Gol, Espaigne, et autres
pays plusieurs. Vne foiz et autre foiz, Kassiba=
lan l'en chacea; mes a la tierce foiz Julius Cæ=
sar le vanqui sur Berhamdune entre Canterberie
et Doure per l'eide Androgen qui fust Duk de
Kent & de Londres. Mais apres Androgen les fit
accorder, issint que le Roy Cassibalon demorast
Rey sicome avant; mes q'il rendist a Rome che=
scun an de chescun mesuage en sa terre un denier.

Adonques Julius Cæsar fit un Tour pour le tribut desuisdit reposer la ou le Chastell de Doure esta, et uncore est cele Tour illoeques pres du menster, et est Berefrai pur les grantz seyns. A= pres la nativite nostre signeur l'an seissante dou= zisme, regna en Bretaigne, Arbiragus, celi ne vo= leit estre sujet a Rome mes detint le Tribut, et enforcea le Chastel de Doure de Fosses et de Mins et de garnesture contre les Romains, s'il venis= sent. Dunk vint Claudius Cæsar et se guerroient durement; a la fin il s'accorderent per mariage, et il espousa la fille Claudii per nome Gemusse, et a l'honneur l'Empereur fit la Citee de Claudeo= cestre, qe ore est appelle Gloucester, et rendy le tribut qu'il avoit detenuz.

r. murs

L'an de la Grace Cent et sessante vintisme, regna en Bretaigne Lucius; celi devint Christi= en desouz le Pape Eleutherie, et servi Dieu et avancea sainte Eglise quant il pouit: Entre ses autres benefaictz fist une Eglise en le dit Chastell ou les gentz de la ville puissant aver son Sacra= ments, et pertant est leglise la primere Eglise du Rome.

L'an de Grace quarte Centz seissante neuisme, regna in Bretaigne Arthour le gloriouz; cesti amenda le dit Chastiel en plusieurs choses, et fist la Sale, que ore est appelle Artour-sale; et la Chambre sa femme est appelle Guaonebour (id est) Thalamus Guanguare.

Toft apres cel temps, revindront les Saxoy= neys hors d'Almaigne, et conquistrent la terre de Bretaigne, et enhaceront les Bretoignes en Galeis, et la se teinont nncore el sont appelles Galeis, et les Saxons sont ore appellez Eng= leis. Et quant les Saxons avoient conquis la terre, il departirent le Regne en plusieurs parties; Hen=

1b

gist qui feut leur Duke Cheifetain, regna en Kent. Cherdic regna in Westsex. Ida regna en Nort= humberland. Uffa regna en Est-Angle. Er= kinwin regna en Essex. Crida regna en Mer= chenerich: Et pur ceo que touz ceuz estoient Paiens, il destrueront les Eglises per tote la terre et ousterent les Christiens.

L'an de Grace cinque cens quatre vintz et seiszime, S. Gregorie Pape envoia en Engle= terre son cousin Seint Augustin, et autres plu= suers moignes ad le, pur precher la Foy Christi= ene as Engleis. Adonques Regna en Kent Adelbert qia la doctrine S. Augustin, devint Christien ad touz ses gentz, et ensi fesoient touz les autres gentz en la terre per les Docteurs qui S. Augustine lour envoia: Celi Adelberd a= voit un fits qui avoit a nom Adelbold, qia apres la mort son pere se regna et devint Paien, et en= chacea les gentz de sainte Eglise hors de son Royaulme. Adonques l'Ercevesque de Can= terb. Laurentz, qui fust precheur apres S. Aug. voleit od ses autres estre alez hors de terre. Mes S. Pierre apparut a li, et li commanda q'il allost hardiment au Roy, et li repreist desa ma= veste: Il fist ensi, et per la Grace de dieu, le Roy

repenti, et devint devout a dieu et Religious. Cest
sti Aldelbold ordina vint et deuz Chanoignes se=
culers en le dit Chastel, a deservir sa Chappelle:
et lour donna vint et deuz Provendres: les ditz
Chanoignes demorerent en Chastell Cent et cinque
ans et teindrent grant hostiell et bele mesme, el
alerint miz et hors a la port du Chastell nuit el
jour a lour volente ense qe les serjauntz le Roy qi
guardoient le Chastell, ne les poient mestrier ne
lour guardes surement garder perount, sovent il se
entremellerent de contoks et de combatementz.

Ao. D.
686.

L'an de grace sis centz quatre vints et seize,
le Roy de Kent Withred appercevant et pensant
qe perill qe poaiat avenir a son Chastell per ses
Chanoingnes qj ensi entrerent et isseront hors du
droit temps, et q'il occuperent trop le dit Chastell,
fit un Eglise de S/t Mart. pur eux aval, en la ville de
Doure. Et les remue de dit Chastell et les mit
illoeqes od lour provendors et franchises et privi=
leges ansi entirement, come il les avoient ou en
Chastell. Et qu'il ne feussent entendant a nul Pre=
lat, ne ordinarie, forspris l'egleise de Rome
forsque soulement a Roy. Illoeques demorrent les
Chanoignes quatre Cens ans plus. Et pour ce
qe ni avoit nule Eglise en Doure forsque la Eglise
de S. Martyn qe feu faite pur les Chanoignes, il
feisoient trois Eglises pur les Parochiens servir,
qe sont uncore Chappells a S. Martyn. Les ditz
Chanoignes, pour lour franchises devindront trop
jolifs; qe nul home ne les poait chastier de lour
mesfaitz; et mesfesoient de femmes, et de damo=
selles, ausi bien de la Ville comme dehors.

2a

L'an de Grace Mil et Centime, regna en An=
gleterre Henry filz a William le Conquereur,
cesti feust bon Clerc, et homme devout a Dieu.
L'an de son reigne vint et quart, vint a li Erce=
vesque de Canterbiri, William Corboil, & li fist un
suggestion des diz Chanoignes, come il se mesper=
noient, et ne poient estre chastiz pour les fraun=
chises et privileges q'il avoient du Roy; & disoit
qe s'il ne feast bein amender, il meisms serroit
culpables devant Dieu de leur pecche. Le Roy
entende bien sa reson, et pensuit comment il les
pout amender a cel temps qe l'egleise de Canterbe=
ry devoit estre dedie: L'ercevesque William la de=
dia, l'an de Grace Mil et Cent & trentism, et le
Roy Henry y fust present. Adonques dona le Roy a
L'ercevesque et ses Successors Ercevesques l'e=
glise de St. Martyn de Doure, od les Provendres,
Rentes & franchises, et quanque appendant a cele
Eglise en tierre et en miere, et de celi fist sa char=
tre, ordinant et commaundant, q'il meist gentz
de Religion, qe chantassent et dieu servissent pur
les almes de ses Auncestres et de luy mesmes et
de ses heires; et devisa en cela Chartre qe ceux
Religious eussent de eux mesmes fraunce election
de Abbe; et qe l'Ercevesque eust sa exami=
nation et la confirmation de leur election. Adon=
ques le dit Ercevesque William, commencea le
novel Menster, pres de la ville de Dover. dedeins
la fraunceise, et avoit purpos de faire un Abbey

de Chanoignes de l'ordre St. Augustine, mes il
moreust einz q'l le poait per faire.

L'an de Grace Mil Cenz cinqante tiers, regna
en Engleterre Henry le fitz Maude L'emperice,
cesti fit le haut Tour en le Chastel, et enclost le
Dongon de noueux meurs; cesti renovela per sa
Chartre a L'ercevesque Tybaud, et a ses successeurs
Arceveques, le doun son æl Henry le
primier, de l'eglise de Doure; et li commanda q*i*
mist Moignes de l'ordre S. Benedict, selong l'ordi-
nance du dit Roy; et q*i*l lour donast totes les
rentes, possessions, provendres, et fraunchises q*e*
appertenient a la viel Eglise S. Martin. L'er-
cevesque Tybaud se fist ensi et mist Moygnes en
le dit Menster; et lour dona sa chartre plenere de
toutes les provendres, possessions, rentes, services,
fraunchises, et totes autres choses q*e*conques, q*e*=
unques les Chanoignes de S. Martin avoient et
usees; et ausi entirement, comme il l'avoit de
doun le Roy, Et s*i*l lour donna un Priour del
Convent de Canterbury, nee mye perpetuel, mes
a sa volonte a repeller pur les novels Moignes
lour ordre d'apprendre: et sicomme les Cha-
noignes de la veile Eglise de S. Martin devoyent,
il mist les Moygnes en possession de lour proven-
dres, jusques taunt q*i*l en avoient vint provendres;
mes deux de Provendres sont encore demorez, q*i*
ne ont pas, d'ont L'ercevesque tient un, cest asza-
voir Dale; l' Abbe de St. Augustine tient l'autre,
cestasavoir Godston; mes Quo warranto
homme ne scoet.

En apres le dit Ercevesque Tibaud, saunz
conge, et sanz assent du Roy; et contre la fourme
de la Chartre le Roy; et contre les privileges le
Pape en Bulles, donna sa chartre au Priour et
au Chapitre de Canterbury q*e* le Priour de Doure
feust a touzjours fait del Covent de Canterbury et
nemi d'aillours. Ce doun ad este encheson et ma=

2b

tiere de confusion et destruction a la Maison de
Doure a touz jours, de mal on pys. Nemy pur
ce un Ercevesque Baldwyn, per noun ne avoua
mye cel doun, mes lour dona Priour de eux
mesmes, cest assavoir Osberne, q*i* moult amenda
la Meson en son temps.

L'an de grace Mil et deux centz seissante un-
zisme, regna le noble Roy Edward, filz au Roy
Henri, pere a nostre signeur le Roy q*o*re est: L'an
de son Reigne treszism, le Priour de Dour, An-
selme, Moigne de Canterbury, avoit tant de
gaste les beins di lour eglise, q*e* les Moignes
n'avoient dont viure, ne estre vestuz: et si avoit
il endette la Maison, de Mil et Centz marcs.
Adonques il le encuserent de dilapadation, et le
engetterent come cele q*i* nestoit pas profitable:
le Priour de la Trinitie, et son convent meinte-
nant aloient procurant l'Ercevesque Johan, q*i*l
donnast Priour a Doure un del Convent de Can-
terbiri et dissoiet q*e* ce estoit lour droit a tous
jours usee puis la fundation de la Mason de
Doure: les Moignes de Doure entendirent ce et
fesoient, assavoir au Conseil nostre Segneur le Roy.

Per quoy le Priour de Canterb. fust appellez en
juggement a monstrar per quoy droit il fesoit cel
chalange.

A la fin il monstre la Chartre l'Ercevesque Ty=baud, q'il lour avoit fait saunz assent du Roy, si=come dessus est dit, la chose feust depute en la Court le Roy; et pur ce qe l'Ercevesque avoit passe l'ordinance a la volente du donnour, agarde feust qe cele Chartre n'avoit nule valor, & ensi fust le Priour et le Chapitre de Canterb. forsiuge de lour demaunde: Et pur ceo qe l'Ercevesque avoit tant mespris contre la fourme dudit doun, agarde fust qe le Priour de Doure, feust pris en la meyn le Roy, et qe l'Ercevesque queist grace du Roy, s'il vousist mes joir la voeson de la dit mai=son. Et adonques le Roy commanda, q'il eussent fraunchie election de lour Priour, et qe l'Erce=vesque cele foitz li recoust en noum du Roy; en qi mein l'avoeson estoit adonques et uncore est. Et l'Ercevesque John a lour nomination receust et fit Priour Robert Whetacre, Moigne de la Maison de Doure, qj estoit Priour vint et neof anns, et plus; et ore darrein morust. Ensi ad le Maison de Doure estre en possession de Priour de eux mesmes per agard, et per jugement de la Court nostre Signeur le Roy, et d'illoeques jusques a taunt qe le dit Priour Robert se lessa morir.

Ex An=nalibus
S. Martini
Dovor in
bibl. Cotto=niana (sub
effigie Ju=lii D. 5.)

/* Chron.
Ecclesiæ S.
Aug. Can=tuar. in
bibl. Cot=ton.

Lel. Coll.
Vol. 2. p.
50.

A/o DCXCVI. Hic fundavit Wictredus Rex ve=terem ecclesiam S. Martini Dovor.

A/o MCXXXI. Novum opus ecclesiæ S. Martini Dovor incepturn est a Willielmo de Curboil Archiepiscopo.

A/o MCXL. Monachi introducti sunt in ec=clesiam Dovor a Theobaldo Archiepiscopo /* Ioco Canonicorum]

3a

Ex Chronicis Dovarensis Monasterii.

De Julio Cæsare qualiter venerit in Bri=tanniam patet in plenum in libro Britonum: Qualiter autem fugatus fuerat a Cassiballano, patet ibidem, & etiam in libro Lucani, ubi dicit, de eodem Cæsare loquens.

Territa quæsitus ostendit terga Britannis.

Quod autem habuerit bellum dictus Cæsar cum rege Cassiballano super Berhamdone patet ad oculum, per acervos super eundem mon=tem, ubi corpora occisorum, cumulatim sepe=liebantur, non longe a villa quæ vocatur Bregge.

De Arvirago rege, quod probus fuerat, prudens, & bellicosus, testatur liber Britonum; Quam autem formidabilis fuerit Romanis, te=statur Juvenalis Poeta, ubi loquitur de quodam adulatore loquente ad Neronem Cæsarem verba consolatoria, dicente.

Regem aliquem cupies aut de Temone Britanno
Excidit Arviragus.

Quod vero hic Rex firmaverat castrum Dovor per hoc verissime colligi potest; quod quando

cepit rebellare Romanis, muniverit terram suam multis castris & munitionibus, & precipue super maritima. Hinc veraciter conjiciendum est, quod illa loca quæ facilius patebant hostibus, firmaverit diligentius; scilicet Richeburg, Walemere, Dover & Hasteng.

De Regio Lucio primitus Christiano, quod fecerit Ecclesiam in dicto castro fidenter dicendum est; quod etsi novam Ecclesiam non fundaverit, quod est incertum, sine dubio antiquum templum Idolorum ibidem existens in Ecclesiam Christi convertit. Hoc enim legitur in libro Britonum, ac etiam in Chronic. Rom. Pont: quod idem Rex ad doctrinam Damiani & Faganii sacerdotum, qui, cum docuisserent fidem Christi, omnia templa Idolorum in regno suo converterat in Ecclesias Christi, & pro Flaminibus constituerat Episcopos, & pro Archiflaminibus Archiepiscopos. Flamines vocabantur eo tempore principes sacerdotum idolorum.

De Rege Arturo & Regina Guevara satis celebria sunt gesta; sed de promotione Castri per eos, nihil restat memorabile, præter nomina Aulæ & Cameræ, & adhuc existentium, & nomina habentium ab eis. Et quædam ossa Waniani, militis sui fortissimi, qui occisus fuit prope Dovor in bello habitu inter Arturum & Moderum proditorem. Adhuc servantur ossa in castro.

De Rege Eadbaldo filio Ethelberti, qui post baptismum rediit ad idola, & fugarit Episcopos & Sacerdotes, multa possunt inveniri in vita beatæ Mildrethæ; & qualiter revocatus sit ad fidem per Laurentium Archiepiscopum; qui Laurentius injunxit ei in remissionem peccatorum, ut Ecclesias ditaret, sicut prius destruxera, & clericos foveret quos persecutus fuerat;

3b

Quod hic ordinaverit statum Canonicorum in castro liquido colligi potest ex hoc, quod antiqua fama referente, Canonici resederint in castro centum annis & amplius. Computet qui voluerit tantum temporis fluxit a tempore regis hujus usque ad Withredum Regem, qui transstulit Canonicos ad Ecclesiam beati Martini in villa Dover; Et quia diu hic Rex regnavit, post pœnitentiam susceptam, semper vacans Ecclesiis reparanfis & ædificandis, credibile satis est, quod Capellam suam in castro inter cæteras, dicaverit & dotaverit.

De Withredo rege, quod ædificaverit veterem Ecclesiam in villa Dovor, testantur veteres Chronicæ; nec quicquam inde manet dubitable.

Quod Canonici, qui remoti fuerunt de castro, manserunt in Ecclesia veteri beati Martini CCCC annis & amplius, patet per annos Regum qui regnaverunt post Vithredum usque ad Henricum filium Guillelmi Conquestoris. A tempore vero ipsius usque nunc omnia liquida sunt.

r. Faganii

Ex Chron. Dovarensis Monasterii.

Lel. Col.
Vol. 3. p.
132.

Eadbaldus Ethelberti magni filius, mo=
tore Laurentio Archiepiscopo, instituit Ca=
nonicos in Ecclesia castri de Dovar, Canonici
remoti a castro in villam de Dovar, procurante
Withredo rege, qui Ecclesiam S. Martini in villa
de Dovar pro eis construxit, ubi manserunt
CCCC. annis & amplius. Henricus primus
Canonicos in collegium monachorum conver=

tit, novo in hos usque constructo monasterio.

Ib. p. 188.

Edwardus tertius concessit Simoni Islep Epi=
scopo Cantuar. ut uniret Prioratum de Dovor
Prioratui Ecclesiæ Christi Cantuarizæ; hac lege,
ut nullus esset Prior de Dovor nisi ex numero
monachorum Cantuarizæ.

Carta Regis Henrici primi filii Will. Conque=
storis, facta, Willielmo Corboyl Archi=
episcopo, Fundatori.

Ex cod.
MS. S.
Martini.
de Dover
fol. 1.

Henricus Rex Anglorum Archiepiscopis,
Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Ba=
ronibus, Vicecomitibus, & omnibus fi=
liis sanctæ Ecclesiæ per Angliam constitutis, sa=
lutem. Sciatis me dedisse & concessisse in Ele=
mosynam Deo & Willielmo Archiepiscopo
Cantuar. & Ecclesiæ Christi, quæ est Cantu=
ariae, & per eos omnibus successoribus suis sibi
Canonice substituendis, pro salute animarum
Parentum meorum, & pro statu & incolumita=

te Regni mei, Ecclesiam beatæ Martini de
Dovora, cum omnibus quæ ad eam pertinent, in
terra et mari, in Theloneo & omnibus aliis perti=

nentiis suis, ad ordinem Canonicorum Regu=

larium in eadem Ecclesia Dovor. constitu=

endum; & ut ejusdem ordinis Abbas in ea

constituatur per Canonicam electionem ipsius

Capituli de seipso, assensu & examinatione Ar=

chiepiscopi; quæ Ecclesia in propria manu & do=

minio & protectione Archiepiscoporum sit, tan=

quam quæ sua Dominica est. Nec eam liceat

ulterius in alterius religionis ordinem in po=

4a

sterum transmutari. Hanc itaque donationem &
concessionem meam factam, & ab omnibus
subscriptis collaudatam confirmo, & Regia
authoritate, & a Deo mihi tradita potestate,
illibate, inconcusseque permansuram corroboro.

Testibus omnibus istis subscriptis, in quorum
audientia hoc factum & confirmatum est; scili=

cet Thurstano Archiepiscopo Ebor. & Hugone
Archiepiscopo Rothomag. & Rogero Episcopo
Sarisb. & Henrico Episcopo Wynton. & Gil=

berto Episcopo London. & Willielmo Episcopo

Exon. & Roberto Episcopo Hereford. & Alex=

andro Episcopo Lincoln. & Simone Episcopo

Wyrcest. Ebroino Episcopo Norwicensi, &

Godwino Episcopo Bathoniensi, & Galfrido Can=

cellar. & Roberto de Sigillo. & Nigello nepote

Episcopi. & R. Comite Gloucest. & Willielmo

Comite Warren. & Ranulpho Comite Cestriæ,

& R. Comite Legr. & Brieno filio Comitis,

& Hugone Bigoto. Hunfrido de Boun. Milone de Glocest. Pagano filio Johannis. Richardo filio Gilberti. Roberto de Veer; Roberto de Essex. Richardo Basset, Albrico de Veer, & multis aliis, apud Northampton dat. & concess. set apud Westmonasterium confirmata, communi celebrato Consilio, Anno ab incarnatione Domini Millesimo C/o. tricesimo primo peract. fæliciter in Christo Jesu Domino nostro, Amen.

Confirmatio Innocentii Papæ super Cartam H. primi.

Ibid.

Innocentius servus servorum Dei, venerabili fratri Willielmo Cantuar. Archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua dilatione est complendum, & quotiens illud a nobis petitur, quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & juste potentium votis congruum impertiri suffragium. Tuis igitur, frater Willielme Cantuar. Archiepiscope, rationabilibus postulationibus ex Apostolicæ sedis consueta benevolentia clementer annuimus, & Ecclesiæ am beati Martini de Dovora a karissimo filio nostro Henrico illustri & glorioso Anglorum rege, tibi & Ecclesiæ Cantuar. concessam, & præapte confirmatam, cum omnibus quæ in præsentiarum juste & legitime possidet, aut in futurum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter poterit adipisci, tibi & Cantuariensi Ecclesie, ac per vos successoribus vestris in perpetuum confirmamus. Prædicti ergo filii nostri Henrici Regis precibus annuentes decernimus, ut in præfata beati Martini Ecclesia Ordo Canonicatus secundum beati Augustini regulam statuatur, & futuris inviolabilius conservetur temporibus. Abbas vero qui fratribus præsit & prosit, juxta eandem in prænominata Ecclesia eligatur.

Si quis itaque huic nostro decreto ausu temerario contraire tentaverit, honoris & officii sui periculum patiatur, & excommunicationis ultione

4b

plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit. Conservantes autem, a patre misericordiarum & totius consolationis Deo coronam perpetuam & beatorum Apostolorum Petri & Pauli desiderabilem gratiam, consequantur.

Carta Regis Henrici secundi, per quam concessit Ecclesiam S. Martini de Dovera, Ecclesiæ Christi Cantuariæ; & quod regula S. Benedicti, de cætero observetur in eadem.

Pat. 8. E.
2. p. 2. m.
12. per In=
spex.
Videsis

Henricus Rex Angliæ & dux Normanniæ & Aquit. Comes Andegaviæ; Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse in elemosinam & perpetuam pos-

Pat. 30. E.
3. p. 1. m. 3.

sessionem Deo & Ecclesiæ Christi Cantuar. &
Archiepiscopo Theobaldo, & omnibus successori=bus ejus sibi canonice substituendis, Ecclesiam
beati Martini de Dovera, cum omnibus quæ ad
eam pertinent, in terra, & in mari, & in thelo=ni,
cum veteri decima allecium, & cum nova
decima piscationis totius anni, quam Burgenses
Doveriæ dederunt & super altare optulerunt, &
cum omnibus aliis pertinentiis suis, quas in
præsenti possident, vel in futuro juste adquirere
potuerint, pro salute animæ meæ & parentum
meorum, & pro remissione peccatorum meo=rum, & pro statu & incolumitate regni mei; &
præcipue pro anima regis Henrici avi mei, e=
jusdem Ecclesiæ primi donatoris. Statuo ergo
& regia auctoritate corroborando præcipio, ut
ordo monasticus in prædicta Ecclesia beati
Martini, autoritate bonæ memoriarum Innocentii
Papæ, & Theobaldi Cantuariensis Archiepiscopi
institutus, secundum regulam beati Benedicti,
inviolabiliter de cætero imperpetuum conser=vetur; Nec ulli hominum omnino liceat ulte=rius Ecclesiam prædictam in alterius religionis
ordinem transmutare. Volo etiam & regia
auctoritate præcipio, ut sæpedicta Ecclesia bea=ti Martini in manu & dominio Theobaldi Ar=chiepiscopi, & omnium succendentium sibi Ar=chiepiscoporum semper permaneat; & nullum
nisi Cantuariensem Archiepiscopum disposito=rem, ordinatorem, exteriorum vel interiorum
unquam habeat. Quare volo (&c.) T.
Rogero Archiepiscopo Eborac. N. Eliensi, Rod=berto Lincoln. Episcopo, Thoma Cancellario,
Johanne Eboracensi thesaurario, Rogero filio
Comitis Gloc. Ricardo Peccato Archidiac.
Frogero Archidiac. Nicholao de Hamtune; Co=mite Reginaldo; Comite Hugone, Henrico de
Essex Constabulario; Ricardo de Humet, Rod=berto de Dunstanvill, Manasero Biset dapifero;
Willielmo de Belcamp, Henrico de Pomeray,
Johanne Marescallo, apud Doveram.

Literæ Patentes Regis Edwardi, de unione præ=fati Prioratus Ecclesiæ Christi Cantua=riae.

Pat. 30. E.
3. p. 1. m. 3.

Rex omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis
quod, de gratia nostra speciali, concessi=mus & licentiam dedimus, pro nobis & hære=dibus nostris, quantum in nobis est, venerabili
patri Simoni Archiepiscopo Cantuariæ, quod

5a

ipse Prioratum de Dovor, qui de patronatu suo
existit, & de ipso Archiepiscopo in puram &
perpetuam elemosinam tenetur, sicut per In=quisitionem inde per dilectum nobis Gilbertum
de Helles Escaetorem nostrum in Comitatu
Kanc. de mandato nostro captam, & in Can=cellaria nostra retornatam, est compertum: Qui
etiam Prioratus in terris & possessionibus vasta=tus, & rebus & facultatibus, pro defectu boni
regiminis, adeo est collapsus, quod de releva=tione ejusdem, nisi inde aliter ordinetur, veri=

similiter desperatur, ut accepimus; una cum ter=ris & possessionibus & juribus ad eundem Pri=oratum pertinentibus, Prioratui Ecclesiæ Chri=sti Cantuar. annexere possit & unire, juxta or=dinationem ipsius Archiepiscopi, in hac parte faciendam; ita quod Prior dictæ Ecclesiæ Christi juxta dictam ordinationem, annexum & uni=tum, recipere, habere & tenere sibi & successori=bus suis, & inde licite disponere valeant in perpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum balli=vorum seu ministrorum nostrorum quorum=cunque; Statuto de terris & tenementis ad ma=num mortuam non ponendis edito, non ob=stante; dum tamen cultus divinus, & alia pieta=tis opera in eodem Prioratu Dovoriæ antiqui=tus stabilita & ordinata, absque subtractione seu diminutione foveantur, & debite conserventur. In cuius &c. T. Rege apud Westm. XX/o. die Maii.

.....

110b

PRIORATUS
de Ledes, in agro Cantiano.

De prima Fundatione ejusdem.

Ex Chron.
Claustri
Roffensis.

Anno MCXIX. Monasterium de Ledes dominus Robertus de Cre=pito-corde (Creutor sive Cruchurt Anglæ, Crevecuer Gallice) di=ctus, fundavit, ope filii Adami de Crepito-corde; posueruntque in eo Canonicos Regulares.

Carta Regis Edwardi tertii, Donatorum con=cessiones recans & confirmans.

Cart. 41.
E. 3. m. ult.
Vide etiam
Cart. 3. E. 1
n. 71. & 72.
Et Pat. 2.
E 3. p. 2.
m. 25. Et
Pat. 9. E 3.
p. 2. m. 25.

Rex (&c.) Inspximus Cartam, quam Ro=bertus de Crepito-corde fecit Canonicis de Ledes, in hæc verba. Noscant præsentes & posteri quod ego Robertus de Crepito-corde, pro Dei amore, dedi Canonicis de Ledes Deo ibi=dem in perpetuum servituri, situm unum ad fun=dandam Ecclesiam suam, in honorem beatæ Mariæ & beati Nicholai, & ad alia ædificia Religiosis oportuna, ibidem facienda, cum aquis & arboribus, & aliis omnibus sicut fos=satis includitur: Et volo quod illum habeant liberum & absolutum ab omni terreno servicio & exactione seculari. Dedique eis forstallum, quod est ante portam ipsorum, liberum & quietum; & terram quæ jacet ex utraque parte ejusdem forstalli. Hiis Testibus, Roysa vxore mea, Elia filio meo, Daniele filio meo, Hamo=ne filio vitalis.

Jnspeximus etiam Cartam quam prædictus Ro=bertus fecit eisdem Canonicis, in hæc verba; Notum sit omnibus Francis & Anglis, tam præsentibus, quam futuris; quod ego Rober=tus de Crepito-corde, fundator Cœnobii de Ledes, pro Dei amore & pro salute animæ

meæ & omnium propinquorum meorum, dedi & concessi, & hac Carta mea confirmavi Canonicis apud Ledes Deo servientibus, & ibidem Deo in perpetuum servitulis; Advocationem omnium Ecclesiarum terræ meæ; videlicet advocationem Ecclesiæ de Ledes, cum quinquaginta acris terræ in eadem villa; Advocationem Ecclesiæ de Gutterste, cum viginti acris terræ in eadem villa; advocationem Ecclesiæ de Lamberhert, cum duabus acris terræ in eadem villa; advocationem Ecclesiæ de Farlegha, cum viginti acris terræ in eadem villa; Advocationem Ecclesiæ de Terstane, cum sexdecim acris terræ in eadem villa. Advocationem Ecclesiæ de Chelham, cum triginta acris terræ in eadem villa. Advocationem Ecclesiæ de Ramham, cum octodecim acris terræ in eadem villa. Habendas & tenendas dictas advocationes

111a

& ter ras, de me & hæredibus meis, & assignatis meis libere, quiete, & pacifice, in perpetuum. Hiis testibus, Nicholao Capellano, Wilielmo Senescallo, Roberto Marescallo, Guydone Pincerna & multis aliis.

Inspximus insuper Cartam, quam Daniel de Crevequer fecit eisdem Canonicis in hæc verba. Sciant, tam futuri quam præsentes, quod ego Daniel de Crevequer concedo & confirmo Ecclesiæ S. Nicholai de Ledes, & Canonicis ibidem Deo servientibus, quicquid pater meus Robertus de Crevequer prius in elemosiam dederat; scilicet situm Domus eorum, cum advocationibus omnium Ecclesiarum Baronie de Crevequer, cum terris & omnibus pertinentiis ad dictas advocationis pertinentibus, & terris cum eisdem advocationibus eiusdatis. Præterea do & concedo iisdem terram de Brokedene, & advocationem medietatis Ecclesiæ de Halghton, cum omnibus pertinentiis suis, una cum duabus virgatis terræ in eadem villa, in liberam elemosinam perpetuam & puram. Hiis testibus, Henrico Dapifero, Normanno Clerico, Magistro Rogero, Ricardo de Heri, Galfrido Ridel, & aliis.

Inspximus etiam Cartam, quam idem Daniel feicit eisdem Canonicis, in hæc verba. Daniel de Crevequer, omnibus hominibus & amicis suis, salutem. Sciatis quod ego dedi Ecclesiæ Sancti Nicholai de Ledes, in liberam elemosinam perpetuam & puram, Molendinum meum de Bradiscombe, cum libera secta tenuencium meorum de Ledes, ad eandem; & cum omnibus ejusdem pertinentiis; ad faciendum inde Anniversarium meum in perpetuum. Hiis testibus, Gilberto & Radulpho de S. Leodogaro, Fulcone Peuforer & aliis.

Inspximus etiam Cartam, quam Robertus filius Danielis de Crevequer feicit eisdem Canonicis, in hæc verba. Sciant tam præsentes quam futuri, quod ego Robertus de Crevequer,

pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, &
animæ patris mei Danielis, concessi & confir=
mavi præsenti Carta mea dilectis Canonicis
meis de Ledes, omnes possessiones & bona,
quæcunque ipsi habent de donis & concessionis=br/>bus Roberti avi mei, & Danielis patris mei;
videlicet advocationem Ecclesiarum de Ledes
& Bromfeld, de Chetham, de Renham, de
Farlegha, de Terstane, de Gutherst, de Lam=berherst, & medietatis Ecclesiæ de Halghtone,
cum duabus virgatis terræ in eadem villa, cum
omnibus earundem advocationum pertinentiis,
una cum Molendino de Brandescombe in villa
de Ledes, cum libera secta sua; necnon &
cum omnibus terris, tenementis, & redditibus,
quæcunque ipsi habent de donis & concessionis=br/>bus prædecessorum meorum prædictorum:
Volo insuper & concedo, pro me & hæredibus
meis, & assignatis quibuscunque quod dicti
Canonici & eorum successores in perpetuum

111b

habeant liberam Communiam in toto frightho
meo de Ledes, ad pascenda pecora sua, in om=ni=bus anni temporibus, pro voluntate sua:
Ac etiam quod vacante eorum Conventuali Ec=clesia, liberam habeant potestatem custodi=di, disponendi, & administrandi omnes eorum
possessiones & bona in perpetuum since impedi=mento mei, vel hæredum meorum vel assignato=rum quorumcunque. Do insuper eis boscum me=um qui vocatur Eastpart cum terris sibi co=hærentibus in villa de Ledes, in perpetuam
elemosinam, & puram: Et ego prædictus Ro=bertus & hæredes mei warantizabimus, & de=fendemas, & acquietabimus omnes prædictas Ecclesiarum advocationes, cum terris, boscis, Molendinis, & libertatibus, & cum omnibus
præmissorum pertinentiis, dictis Canonicis & eorum successoribus, sicut liberam puram & perpetuam elemosinam contra omnes gentes, in perpetuum. In quorum omnium testimoni=um sigillum meum apposui Cartæ præsenti.
Hiis testibus, Gilberto de S. Leodogaro, Roberto de Walton, Johanne Francys, Johanne de Blœn, Roberto Dapifero, Adam Pyncerna, Willielmo Gyon.

Inspeximus etiam Cartam quam Ro=bertus de Crevequer, filius Hamonis de Crevequer junioris fecit Canonicis in hæc verba.
Sciant tam præsentes quam futuri, quod nos Robertus de Crevequer filius Hamonis de Crevequer junioris concessimus & confirmavi=mus Carta nostra præsenti, pro nobis & hære=dibus nostris & assignatis quibuscunque, di=lectis fratribus nostris Canonicis de Ledes, & eorum successoribus in perpetuum, omnes donationes; libertates, emptiones, & bonas consuetudines, quas ipsi habent de donatione vel concessione antecessorum nostrorum quorumcunque, vel nostra, vel tenantium nostrorum infra Baroniam nostram de Creve=

quer, in terris, boscis, pratis, pasturis, redditibus, serviciis, & aliis rebus, & juribus universis; quod ea habeant & teneant in perpetuum libera & quieta: Concedimus insuper & confirmamus & omnino quietas clamamus pro nobis & hæredibus nostris & assignatis, eidem Canonicis & eorum successoribus in perpetuum advocationes Ecclesiarum subscriptarum, cum omnibus juribus & pertinentiis earundem; videlicet Ecclesiæ parochialis de Ledes, & Ca= pellæ de Bromfeld; Ecclesiæ de Chetham; Ecclesiæ de Renham; Ecclesiæ de Serres; Ecclesiæ de Farleigh; Ecclesiæ de Terstane; Ecclesiæ de Gutherst; Ecclesiæ de Lamber= herst; Ecclesiæ de Halghton; Ecclesiæ de Wednesberghe; Ecclesiæ de Bergkstede; ita quod nos nec hæredes nostri, nec assignati no= stri quicquam juris vel clamii in iisdem advo= cationibus, cum suis pertinentiis vendicare poterimus infuturum.

Volmus insuper & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris & assignatis nostris, quod dicti Canonici & eorum successores, cum eorum Ecclesia Conventualis vacaverit

112a

quomodo, liberam habeant custodiam Domus suæ, & omnium bonorum suorum, ubique existentium; & plenariam administrationem eorundem sine impedimento nostro vel hære= dum nostrorum, vel assignatorum quorumcun= que, in perpetuum: Ac etiam, quod in vacati= onibus hujusmodi, ipsi & eorum successores perpetuis temporibus eligere sibi valeant Prio= res ad suum & Ecclesiæ prædictæ regimen, no= stra vel hæredum nostrorum, vel assignatorum licentia non petita: Salva nobis & hæredi= bus nostris & assignatis, Electorum suorum hu= jusmodi præsentatione, nobis post electos fa= cienda, prout antiquitus antecessoribus nostris fieri consuevit. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, & assignatis, quod dicti Ca= nonici & sui successores possint adquirere ter= ras, redditus, tenementa, cum suis pertinen= tiis ubique infra feodum nostrum, absque om= ni contradictione vel vexatione; adquisita hujusmodi intrare & pacifice possidere; & quod habeant plenam potestatem distingendi ubique infra feodum nostrum pro redditibus eorum detentis, & eorum arreragiis recuperan= dis; & etiam distinctione retinendi quounque ita de redditibus, quam de emendis, & pro eorum detentione competenter sibi fuerit satis= factum. Concedimus insuper & confirmamus dictis Canonicis feriam de Chetham, cum omnibus suis juribus & libertatibus inperpe= tum. Et nos & hæredes nostri & assigna= ti warantizabimus, defendemus, & acquieta= bimus omnes & singulas donationes, con= cessiones, & confirmationes, cum omnibus libertatibus, juribus & pertinentiis, quas ip= si habent ab antecessoribus nostris, & no=

bis, sicut liberam, puram & perpetuam ele= mosinam in perpetuum. Et in omnium præ= missorum robur & testimonium sigillum no= strum Cartæ præsenti est appensum tertio die Decembris anno Regni Regis Edwardi filii Regis Henrici, tertio. Hiis testibus, Domi= nis Radulpho de Ottringden, Thoma Bi= god, Radulpho Sauvage, Willielmo de Det= lingge, Roberto de Champeigne Militibus; Henrico & Osberto de Ledes Clericis, Hen= rico de Chiwene, Johanne de Benburge, Ro= berto de la Care, Johanne de Hamme, Cle= rico, & multis aliis.

Inspeximus, &c. Noscant præsentes & posteri, quod ego Robertus de Crepito corde, pro Dei amore, dedi Canonicis Deo apud Ledes in perpetuum servituis situm unum ad fundandam Ecclesiam suam in hono= rem beatæ Mariæ & beati Nicholai; & ad alia ædificia religionis oportunia ibidem facienda, cum aquis & arboribus, & aliis omnibus, sicut fossatis includitur. Et volo, quod illum habeant liberum & absolutum ab omni terreno servicio & exactione secu= lari. Dedique eis forstallum, quod est ante portam ipsorum, liberum & quietum; & terram quæ jacet ex utraque parte ejus= dem forstalli. Hiis testibus, Roysa uxore mea, Elia filio meo, Daniele filio meo, Ha= mone filio vitalis.

112b

Inspeximus (&c.) Sciant tam futuri quam præsentes, quod ego Daniel de Crevecor concedo & confirmo Ecclesiæ S. Nicholai de Ledes, & Canonicis ibidem servientibus quicquid pater meus & Robertus de Cre= vecor eis in elemosinam dederat; scilicet Ecclesiam de Chetham; Ecclesiam de Ren= ham; Ecclesiam de Farlegha, Ecclesiam de Lamberherst; Ecclesiam de Tearstana; Ecclesiam de Gutherste, cum omnibus su= is pertinentiis; & omnes decimas agrorum, nemorum, pratorum, mariscorum, mo= lendinorum, pomeriorum, linorum, pullo= rum, vitulorum, agnorum, purcellorum, ca= seorum, vellerum; & omnium de quibus ratio exigit decimam dari. Præterea do & concedo Canonicis de Ledes decem a= cras terræ in liberam elemosinam, pro anima sororis meæ Gunnoræ, quas tenuit uxor Wyse, & Edstanus; quas si hære= des prædictorum adversus Canonicos ac= quietaverint, tunc hæredes illi faciant eis= dem Canonicis servicium quod mihi debe= rent, salva tamen Regia consuetudine. Præ= terea do & concedo eisdem Canonicis ter= ram de Brokdena, & quoddam molendi= num de Eastwode, & terram Edrici Clam= pen, quæ bosco adjacet.

Ex parte alia do eis Ecclesiam de Ha= lector, cum omnibus pertinentiis suis; &

duas virgatas terræ in villa eadem pro anima Isabellæ uxoris meæ, in liberam elemosinam; & uno quoquo anno viginti ambras salis apud Leyam. Hii sunt testes, Henricus Dapifer; Normannus Clericus; Magister Richardus de Kerris; Gaufridus Ridel; Willielmus de Heliom, Rogerus Nepon, Gaufridus Ridel, Rogerus de Croke; Radulphus filius Godefredi; Walterus filius Gudmundi, Gilebertus de Ulecumba; Peterus de Otteham; Gulielmus de Eclingham.

Inspeximus (&c.) Daniel de Crevecur omnibus hominibus & amicis suis salutem. Sciatis quod ego dedi cum corpore meo Ecclesiæ S. Nicholai de Ledes, in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, Molendinum de Bradsham; & volo ut fratres ejusdem Ecclesiæ in die Obitus mei, honorifice inde pascant: Et siquid remanserit, pauperibus distribuatur. Testibus hiis, Gileberto de S. Leodogaro, Radulpho ejus filio, Fulcone Peter, &c.

Inspeximus (&c.) Helias de Crevequer fecit eidem Canonicis in hæc verba. T. Dei gratia Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopo, E. Norwicensi Ecclesiæ eadem gratia Episcopo; omnibusque sanctis Dei Ecclesiæ ministris, H. de Crevecure salutem; Notum sit vobis me concessisse Ecclesiam meam de Tanet in elemosinam, & caritative Ecclesiæ de Ledes, & Canonicis ibidem Deo servientibus; & hoc annente persona Ecclesiæ prædictæ; Et Eccle-

<lacuna>

113a

R. de Crevequer, & uxore sua, & uxore mea; & Henrico Dapifero; & Roberto filio Ricardi.

Inspeximus (&c.) Sciant præsentes & futuri, quod ego Hamo de Crevequer benignè concessi, & hac mea Carta confirmavi dilectis fratribus meis, & Canonicis de Ledes, omnes donationes (&c.) donatio & confirmatione Roberti de Crevequer a tavi mei, vel Danielis avi mei, vel Roberti patris mei, vel aliquorum Antecessorum, vel aliquujus Tenentis tenementa mea in omnibus Ecclesiis, in hominibus, in terris (&c.) volo etiam & concedo quod Prior, & Conventus de Ledes, & eorum successores habeant amercia menta sua propria, & tenencium suorum, cum in curiis meis incidenterint; salvis mihi, & hæredibus meis rationabilibus emendis foris facti; & siquid michi vel alicui antecessorum meorum ex sua liberalitate contulerint ad libitum suum, ne cedat in consuetudinem, re trahatur. Præterea etiam volo, quod habeat decem porcos tempore de person in Bosco meo de Bokingesand; & decimas Herbagii cum decimis molendini ibidem. Concedo eti-

am eis, pro me & hæredibus meis, & assig= natis meis, terras & tenementa quæ & quas temporibus meis adquisierint; Videlicet quin= que acras & dimidiam apud Herst, & duas a= cras & dimidiam cum messuagio & pertinen= tiis quæ fuerunt Willielmi de Villa; & tres a= cras, & tres virgatas terræ de dono Simonis Fabri; salvis michi & hæredibus meis redditus inde de jure pertinentibus. Hæc autem omnia præscripta, sicut prænominata & distincta sunt, volo ut habeant, cum omnibus suis pertinentiis, & teneant libere (&c.) Et ut hæc mea concessio & confirmacio rata & stabilis per= maneat, huic scripto Sigillum meum apposui: Hiis testibus, Domino Fulcone Peyforer, domi= no Nicholao de Lenham, domino Roberto de Crevequer, filio meo; Richardo Blundell, Senescallo meo; Henrico de Chevene, Johanne de Greneway, Dunstano de Madenestan, Jo= hanne Douherg, Waltero Janitore de Ledes; Andræa Clerico; Et multis aliis.

Inspximus (&c.) Acelina de Wodence= berga cunctis fidelibus sanctæ Ecclesiæ, salu= tem. Notum facio omnibus, me dedisse Ec= clesiæ S. Nicholai de Ledes & Canonicis ibi= dem Deo servientibus, & imposterum servituri, Ecclesiam de Wodenceburga, cum omnibus quæ ad eam pertinent, pro me, & pro animabus an= tecessorum meorum. Testibus. Roberto de Cre= pito-corde; Helia filio ejus, & Roberto Folet, & Willielmo filio ejus, Radulpho de la Plan= cha, Willielmo de Rippa, & Osburno; & Rober= to Glauco, & Roberto filio Vitalis, & multis aliis, (&c.) **Nos autem donationes (&c.)** prædictas ratas habentes & acceptas eis pro no= bis, & hæredibus nostris dilectis nobis in Christo, Priori & Canonicis dictæ Ecclesiæ de Ledes, quæ jam de patronatu nostro existit & eo successoribus; acrum dictis Ecclesiis de Ledes & Chetham, concedimus & approbamus;

r. una cum

113b

& tenore præsentium confirmamus (&c.) Dat.
(&c)

.....

244a

PRIORATUS
S. Radegundis de Bradsole
in Cantio.

Carta Regis Henrici tertii donatorum concessio= nes recitans & confirmans.

Cart. 8. E.
2. m. 17. n.
33. per In= spex.

Vide eti= am Cart.
11. H 3.
p. 1. m. 18.

Henricus Dei gratia Rex An= gliæ dominus Hiberniæ
(&c.) Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ (&c.) confirmasse Deo & Ecclesiæ beatæ Rade= gundis de Bradsole, & Abbatii & Canoni= cis ibidem Deo servientibus, & servituri im= perpetuum locum ipsum de Bradsole,

omnesque terras & tenementa, eis collata, sicut
Cartæ Donatorum suorum rationabiliter te=
stantur. Concedimus etiam & præsenti Carta
nostra confirmavimus in puram & perpetuam
elemosinam prædictis Canonicis centum acras
terræ ex dono Domini Ricardi illustris regis
Angliæ avunculi nostri in Wastina supra mon=
tem quæ terra eorum de Bradesole contigua=

tur; videlicet inter terram Prioris & Monacho=

rum de Dovoria, & terram prædictorum Ca=

nonicorum de Bradesole, & crucem in via quæ
protenditur a Dovore usque Bradesole, quantum
ad nos pertinet. Concessimus etiam eis &
præsenti Carta nostra confirmavimus centum
acras, tam de terra quam de bruscia, de ma=

nerio de Riveria, quæ jacent inter terram quæ
vocatur Manessa & aquam de Riveria, de
dono piæ memoriae J. patris nostri Regis
Angliæ. Concessimus etiam eis & præsenti
Carta nostra confirmavimus totam terram
illam de dominico nostro in villa quæ dicitur
Riveria juxta Dovoriam, quæ jacet in occi=

dentali latere montis qui vocatur Spiltrin=

done, inter terram Prioris Dovoriæ & terram
Fulberti de Dovoria, inter easdem terras clau=

dens suam latitudinem; & quæ protenditur in
longum a boscho de Poltone usque ad viam
quæ dicitur latine Alba-via Anglice White=

weye, & ibi terminatur. Concessimus etiam
eis & præsenti Carta nostra confirmavimus Ec=

clesiam S. Petri de Riveria, quæ fuit de dona=

tione antecessorum nostrorum, cum omnibus
pertinentiis suis, ut eis cedat in proprios usus,
ad sustentationem suam & pauperum peregrin=

orum ibidem confluentium; Et quod præfati
Canonici eandem Ecclesiam habeant & tene=

ant in puram & perpetuam elemosinam. (&c.)
Concessimus etiam eis (&c.) Ecclesiam S.
Nicholai de Porteslade, quam habent de do=

no Huberti de Burgo Comitis Kanc. Justici=

arii Angliæ.

Concessimus etiam eis & præsenti Carta
nostra confirmavimus Ecclesiam S. Clementis
de Leisdone in Scapeya, cum omnibus perti=

ntientiis suis, de donatione Roberti Arsiche, &

244b

concessione & confirmatione Stephani Archie=

piscopi Cantuar. Concessimus etiam (&c.)
molendinum situm prope curiam Manerii de
Riveria cum omnibus pertinentiis suis, &
alias terras, quas habent ex venditione Alanii
Corbel. Concessimus etiam (&c.) terram
quam habent ex donatione Steph. de Polton in
villa de Polton, cum capella ejusdem villæ; &
duas acras terræ & dimid. quæ aliquando fue=

runt Brittunæ & Malotæ mulierum; & unam
acram terræ juxta illos proximo jacentem; &
totam terram quæ jacet sub gardino eorum; &
novem acras terræ & unam virgatam terræ ja=

centes in occidentali parte nemoris de Pol=

tone, & unam acram terræ jacentem sub eo=

dem nemore in parte boriali; Et tenementa

& homagia quæ Walterus Parmetarius & Osbertus Swysth tenuerunt, & campum qui dicitur Deltegee & Sudholefeld, & Nordholefeld & Eldemede, & in Wemedē, & Grene=sale; & duas acras terræ jacentes in longum fossati de Aldemede. De dono ejusdem Stephanii de Poltone tres acras quæ jacent ante portam prædictorum Canonicorum. Quare voluntus (&c.)

Inspeximus etiam Cartam, quam Philippus filius Philippi de Columbariis fecit præfatis Canoniciis in hæc verba. Omnibus (&c.) Philippus de Columbariis filius Philippi de Columbariis æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me intuitu Dei, & pro salute animæ meæ (&c.) concessisse & hac præsenti Carta mea confirmasse, quantum ad me dominum fundi pertinet, Ecclesiam de Postlinges, cum omnibus suis pertinentiis Deo & Canoniciis Ecclesiæ S. Radegundis de Bradesole, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ad sustentationem fratrum ibidem Deo famulanum, & pauperum & peregrinorum ad eos confluentium. (&c.) Hiis testibus Willielmo de Columbariis, Simone Sacerdote de Stan=ford (&c.)

Inspeximus insuper Cartam quam Henricus de Wengham quondam Decanus S. Martini London. fecit Abb. & Conventui loci prædicti in hæc verba. Omnibus (&c.) Henricus de Wengham decamus S. Martini London. salutem in salutis auctore. Noverit universitas vestra quod ego Ecclesiam S. Radegundis a meis parentibus pro parte fundatam & dotatam, & ejusdem loci Abbatem & Conventum toto cordis affectu promovere desiderans; nec non & eorundem redditum & possessionum ampliationem affectans, Ecclesiam de Siber=teswaud, ad meam donationem spectantem, divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & animarum Domini mei Henrici regis Angliæ illustris, & dominæ Alianoræ consortis suæ, liberorumque eorum; necnon parentum & benefactorum meorum dictis Abbatii & Conventui ad sustentationem unius Canonici de beata Virgine in dicta Abbatia ad totam vitam meam, & post obitum meum pro anima mea & dictorum Domini Regis, Reginæ, & liberorum suorum, ac parentum & benefactorum meorum imperpetuum divina celebrantis; & ad pitanciam Conventus die anniversarii

245a

mei singulis annis in omnibus ibidem solem= niter celebrandi; Ac etiam ad sustentationem pauperum & hospitum ibidem confluentium dedi & concessi cum omnibus pertinentiis suis, quantum ad me pertinet, in proprios usus, quiete & pacifice imperpetuum possidendum, (&c.) Dat. apud Wodestoke in Vigil. S. Mildredæ virginis, A. gratiæ MCC Lvi.

Inspeximus etiam Scriptum quitæ claman=ciae, quas Hamo de Crevequer fecit

(&c.) Sciant (&c.) quod ego Hamo de Crevequer intuitu religionis, & pro salute animæ meæ, & animæ Matildis de Aubrincis uxoris meæ, & Alichæ de Crevequer, & Roberti de Crevequer (&c.) quietum-clamavi pro me & hæredibus meis, Abb. & Conventui S. Radegundis totum gardinum meum de Alkam, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ de Alkam, & Capellæ de Maurigge ad dictam Ecclesiam de Alkam spectantis; Tenendum (&c.) in liberam (&c.) elemosinam (&c.) Hiis testibus, dominis Nicholao de Lenham, domino Henrico de Everinge. (&c.) **Nos** autem (&c.) confirmamus. (&c.) Dat. per manum nostram apud Westm. secundo die Febr.

.....

258a

PRIORATUS
de Tonebrigge in agro Cantiano.

De Fundatione ejusdem.

Claus. 19. Rex dilecto & fideli suo
E. 2. m. 20. Henrico de Cobeham, custodi quorundam terrarum &
tenementorum, quæ fuerunt inimicorum & rebellium nostrorum in comitatu
Kancii, in manu nostra existentium, salutem. Quia
acepimus per inquisitionem per dilectos &
fideles nostros Thomam de Faveresham, &
Willielmum de Cotes, de mandato nostro
factam & in Cancellaria nostra retornatam,
quod Richardus de Clare, quondam Comes
Hertfordiæ, fundavit quoddam Prioratum in
Manorio de Tonebrigge ante tempus memoriae, & per Cartas suas dedit & concessit Canonicis regularibus ibidem institutis & instituendis, decem marcas percipiendas singulis annis,
de Manorio ipsius Comitis de Tonebrigge, &
quinquaginta & unum solidos & quinque denarios, percipiendos singulis annis, de omnibus
assartis veteris & novæ terræ ipsius Comitis de Dennemannesbrok. Et similiter, quod idem
Comes concessit per Cartas suas præfatis Canonicis, quod ipsi haberent singulis annis Cxx.
porcos in Foresta ipsius Comitis de Tonebrigge, quietos de paunagio: Et similiter,
quod iidem Canonici haberent duos summarios singulis diebus, libere & quiete, ad portandum sibi ligna de nemore ipsius Comitis, Canonicis illis proximo & magis oportuno;
scilicet de mortuo bosco: Et similiter, quod haberent unum Cervum singulis annis, ad festum S. Mariæ Magdalenæ, per homines dicti Comitis capiendum imperpetuum. Et
quod Prior de Tonebrigge, qui tunc fuit, &
omnes successores sui, prædictas decem marcas de dicto Manorio de Tonebrigge, & prædictos Li. s. v. d. de assartis prædictis, & digna de mortuo bosco, ad duos summarios, sin-

gulis diebus in nemore prædicto; & unum
Cervum, singulis annis, in prædicto festo S.
Mariæ Magdalenæ, & proficuum paunagii pro
prædictis Cxx. porcis, in Foresta prædicta per=
ceperunt & habuerunt, & de eisdem pacifice
toto tempore prædicto, ut de jure Ecclesiæ
suæ de Tonebrigge, seisiti fuerunt, absque ali=
qua quieta clamancia inde facienda; & absque
eo quod statum suum in aliquo inde mutarunt,

258b

quousque prædicta Manerium, assarta, nemora &
foresta ad manum nostram; per forisfactum
Hugonis de Audele junioris devenerunt (&c.)
vobis mandamus, quod Priori & Conventui
dicti loci de Tonebrigge, id quod eis a retro
est de prædictis decem marcis (&c.) ad ter=
minos consuetos solvatis. (&c.) T. Rege
apud Cippenham xi: die Novembbris.

.....

270a

PRIORATUS

de Cumbwell in agro Cantiano.

Diploma Regis Henrici tertii, Cartam Fundatio=
nis & dotationis ejusdem domus, recitans &
confirmans.

Cart. 11.
H. 3. p. 2.
m. 9.

Videsis eti=am Pat. 4.
R. 2. p. 2.
m. 30.

Henricus Rex &c. salutem. In=speximus Cartam Stephani de Turneham in hæc verba; Stephanus de Turneham omnibus hominibus, tam Francis, quam Anglicis, ad quos præsens scriptum pervenerit, sa=lutem. Sciat, me concessisse, & hac præsenti Carta confirmasse, donationem Roberti de Turneham patris mei, quam Deo, & Ecclesiæ beatæ Mariæ Magdalenæ de Cumbwell, & fratribus ibidem Deo servientibus, in perpe=

270b

tuam Elemosinam; Scilicet, Henle, quæ est sedes Abbatiaæ, cum omnibus pertinentiis suis, & Cumbwell cum pertinentiis suis, & Ecclesiæ am S. Mariæ de Turnham, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam S. Mariæ de Bri=chel, cum omnibus pertinentiis suis; & in Thurnham quasdam terras quæ uocantur Hoch, & Casteye cum earum pertinentiis; & super montes de Tornham xx. acras terræ. Præterea ego Stephanus de Turneham, ex donatione mea propria, dedi & concessi & præsenti Carta mea confirmavi Deo, & prædictæ Ecclesiæ de Cumbwell, & fratribus ibidem Deo ser=ventibus intuitu Dei, & pro anima Henrici regis, & pro anima Ricardi Regis, & pro animabus dominorum meorum; & pro animabus patris mei, & matris meæ, & antecessorum meorum, & pro salute animæ meæ, & Edelinæ uxoris meæ, & hæredum meorum, sex acras ter=ræ, & tres perticatas, in Moriene, juxta terram

prædictorum Canonicorum; Et duas acras terræ super montes in Tornham; & xiii. acras terræ in Brichull, de proprio dominio meo, cum pertinentiis suis; & totam terram meam de Lofherste, cum omnibus pertinentiis suis, & totam Elherste cum omnibus pertinentiis suis, & totam terram meam de Hertesdune, cum omnibus pertinentiis suis, & totum tementum meum, quod teneo de domino meo Rege in Hamwolde, cum omnibus pertinentiis suis; & totam terram meam de Herindere cum omnibus pertinentiis suis; & totam terram meam & decimam de Lincheshele, cum omnibus pertinentiis suis; & situm & locum monasterii apud Turnham super montes.

Hæc omnia supradicta, habenda & tenenda de me, & hæredibus meis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam libere, quiete, integræ, & plenarie, honorifice, & pacifice in terris, in boscis, in pratis, in pascuis, in viis, in semitis, in aquis, in stagnis, in vivariis, in piscariis, in molendinis, in domibus, & redditibus, in homagiis, in serviciis, in consuetudinibus, cum omnibus quæ ad eam pertinent, vel pertinere possunt imperpetuum, sicut ego Stephanus de Turnham, vel alii antecessorum meorum, illa melius & plenius & liberius unquam tenuimus, & ita sane, quod ego in supradictis nihil juris mihi vel hæredibus meis imposterum reservavi. Et ego Steph. de Turnham & hæredes mei warantizabimus prædictas terras, & prædictos redditus, sicut supradictum est, prædictis Canonicis contra omnes homines, & foeminas. Et ut hæc donatio, concessio, & warantizatia perpetua gaudeant stabilitate, hanc paginam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, Roberto de Turnham fratre meo, Ricardo Malherbe, Willielmo Haunsard, Magistro Willielmo de Bratonia, Magistro Will. de Bristoll, Willielmo de Sotindon, Willielmo de Theokesbiri, Jordano de Bristollo, Ricardo de Cumwell, Willielmo Potin, Eilwardo de Herindon, Willielmo de Lofherste, Orgaro de Parch, & multis aliis. **Nos igitur hanc concessionem, & confirmationem præfati Stephani de Turnham præfatæ Ecclesiæ S. Mariæ Magdalenæ de Cumwell, & fratribus ejusdem loci factas,**

271a

pro nobis & hæredibus nostris concedimus, & confirmamus, sicut Carta præfati Stephani de Turnham rationabiliter testatur, Dat. apud Westm. 6. Die Julii Anno &c. xi.

.....

301b

PRIORATUS
de Lesnes in agro Cantiano.

De fundatione ejusdem.

Ex hist.
Anglic.
script. an-

Anno MC Lxxviii. Hoc An-
no Ricardus de Luci præ-

tiq. ædit.
Lond. 1653
Col. 1445
I. 46.
fectus Angliæ, mente revol=
vens sedula, quia quod anti=
quatur & senescit prope in=
teritum est, in villa sua, quæ
Hliesnes dicitur, novam æ=
dificavit Ecclesiam, & Canonicos ibidem posuit
regulares.

Ib. Col.
1456. I.
42.
Anno MC Lxxix. Hoc eodem Anno bene=
dixit Walterus Rofensis Episcopus primum Ab=
batem Liesnensis Ecclesiæ apud Rofam, accep=
ta ab eo professione de Canonica subjectione.

302a

Mense Julio, Ricardus de Luci, Præfector
Angliæ, in Ecclesia de Liesnes, quam ipse
fundaverat, veste mutata, vitam finivit, & in
Capitulo sepultus est.

R. Hoved.
f 137. a. n.
20.
A. MC lxxix.
Post Pascha Richards de Luci Justiciari=us
Angliæ, relicta Justiciaria potestate, factus
est Canonicus regularis in Abbatias sua de
Lesnes, quam ipse in fundo suo fecerat, & bo=ni
multis ditaverat, & paulo post ibidem
obiiit.

Cart. 10.
E. 2. n. 11.
Vide eti=am Cart.
7. Joh. n.
12.
Rex Archiepiscopis, &c. salutem Inspeximus
quandam Cartam, quam celebris memo=riæ Dominus H. quondam Rex Angliæ, pro=genitor noster, fecit Ecclesiæ beati Thomæ Martiris de Westwuda in Liesenes, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. H. Dei gratia Rex Angliæ & Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andeg. Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciat me, pro amore Dei, & pro anima Regis H. avi mei, & salute mea & antecessorum & successorum meorum; necnon & pro petitione Ricardi de Luci, fundatoris Ecclesiæ beati Thomæ Martiris de Westwuda in Liesenes, concessisse & præsenti Carta mea confirmasse eidem Ecclesiæ & Canonicis ibidem Deo servientibus, locum ipsum in quo eadem Ecclesia fundata est, cum tota terra & bosco & marisco, quæ idem Ricardus ei in elemosinam dedit, & Carta sua confirmavit, per divisas & metas, quæ in eadem Carta distinguntur. Concessi etiam eidem Ecclesiæ & Canonicis, & confirmavi Ecclesiam de Renneham, quam habent de dono meo; & Ecclesias de Newenton, & de Merden, de dono prædicti Ricardi de Luci. Et de dono Roberti Luci Ecclesiam de Eaumendona. Et de dono Rogeri filii Reinfrei Ecclesiam de Ramesdene. Et de dono Jordani Camerarii Ecclesiam de Keldreia, sicut Cartæ eorum testantur. Quare volo, (&c.) Testibus Comite Willielmo de Mannevill, Willielmo de Albini Comite Suthsexiæ, Rannulpho de Glanvill, Willielmo de Braosa juniore, Gilberto de Munemua, Gaufrido, Thoma Bardulf, Ger. de Canvill. Ricardo de Canvill fratre suo. Rogero de Porte, Willielmo filio Stephani, apud Glocestriam.

Cart. 5. E. Johannes Dei gratia Rex Angliæ &c. Archie=

piscopis, (&c.) Sciatis nos pro amore Dei,
& pro salute nostra, & pro animabus omnium
antecessorum & hæredum nostrorum, con=
cessisse & præsenti Charta mea confirmasse
Deo & Ecclesiæ beati Thomæ Martiris de West=
wuda, in Liesnes, & Canonicis ibidem Deo
servientibus, locum ipsum in quo eadem Eccle=
sia fundata est, cum tota terra & bosco, & ma=
risco quæ Ricardus de Lucy, qui Ecclesiam
illam fundavit eis dedit in elemosinam, &
Carta sua confirmavit, per divisas & metas,
quæ in eadem Carta distinguuntur. Concessimus
etiam eidem Ecclesiæ & Canonicis, & confir=

302b

mavimus Ecclesiam de Renham, quam habent
ex dono patris nostri Regis Henrici, & Eccle=
sias de Newton & de Mereden, quas habent ex
dono prædicti Richardi de Lucy, & ex dono
Roberti de Lucy Ecclesiam de Elmedon; Ex
dono Rogeri filii Reynedfridi Ecclesiam de
Ramesden; Ex dono Jordani Camerarii Ec=
clesiam de Coldreia, sicut Cartæ eorum testan=
tur. Quare volumus, (&c.)

Præterea concedimus eisdem Canonicis, &
hac Carta nostra confirmamus, ex dono Ni=
cholai Duket, filii Ranulphi Duket de Lond.
quadraginta solidatas quieti redditus in Lond.
Ex dono H. Campdaneyne Comitis sancti
Pauli, totum assartum de Acolto propinquius
juxta Tarenteford: Ex dono Roberti de
Dovera totum mariscum de Ores integre: Ex
dono magistri Hugonis de Lond. totam terram
de Mukewell in Lond. quæ fuit ejusdem Hugo=
nis, cum domibus suis, & cum tota soca ad
eum pertinente.

Ex dono Radulphi Clerici de Liesnes, filii
Oliveri totam teram quam idem Radulphus te=
nuit de feodo Abbatiae de Liesnes, & de ho=
minibus ipsius Abbatiae in villa de Liesnes, tam
in marisco, quam in terra Susana; & etiam
apud Acholton; Ex concessione & confirma=
tione Hugonis Fulcon-Paynell, illam donatio=
nem Ecclesiæ de Renham, quam Rex Henricus
pater noster dedit prædictæ Abbatiae de
Laesnes, dum terra prædicti Fulconis de Ren=
ham fuit in manu prædicti Regis; Ex dono
Roberti de Rokenla totam terram de Clopton,
quæ fuit ejusdem Roberti, cum omnibus perti=
nentiis suis; Ex dono Nicholai le Bursier, to=
tum managium, quod fuit ipsius Nicholai in
parochia sancti Michaelis de Pater-noster=
churche: Ex dono Henrici de Norweya mes=
suagum, quod idem Henricus emit a Fulcredo
Drinkepin avunculo suo & hæredibus suis: Ex
dono Willielmi Mansell dimidiæ virgatam
terræ, quam Philippus de Northebron te=
nuit, & totam terram quam Andreas Blan=
chard tenuit; scilicet dimidiæ virgatam terræ
cum augmento duarum acraram. Ex dono
Parisei filii Radulphi Clerici, quinque acras ter=
ræ in Terenteford, de Worland, quæ fuerunt
Algari de Terenteford, cum pertinentiis suis;

ex dono Thomæ filii Scotlandi, redditum septem solidorum in Cumbis. Ex dono Reginaldi de Lucy, medietatem Ecclesiæ de Welkestede plenarie, cum omnibus ad eandem mediatem pertinentibus. Ex dono Roesiæ de Dovera, terram quæ vocatur Churheland in Liesnes. Ex dono Gileberti de Fulcharmunt, & Isabellæ hæredis ejus, redditum viginti solidorum, de redditu centum solidorum quos Willielmus Longespee dedit prædicto Gileberto, & hæredibus suis in Suthton, de tenemento & soka de Terenteford, & præterea totum residuum prænominati redditus centum solidorum, quod præfati Gilebertus & Isabella eis concesserunt, tenendum in perpetuam firmam. Ex dono Willielmi Fugientis terram & omnes redditus terræ ejus in Westmarisco, quam Richardus de Lucy ei dedit. Ex concessione & confirmatione Radulfi Morel, terram illam in Angria,

303a

quam pater ejusdem Radulphi eisdem Canonicis dedit. Ex dono Galfridi filii Joscelini novem acras terræ de dominico suo in Banton; Ex dono Thomæ aurifabri, filii Roberti Walensis, duas solidatas, & sex denarios quieti redditus in London. Ex dono Oliveri Merel, duo messuagia apud Angriam, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter testantur. Testibus, Domino J. Norwicensi Episcopo, & Cancellario, Electo, P. Wintoniensi Episcopo, Domino Joscelino Bathoniensi Electo, G. filio Petri Comite Essexiae, W. Comite Sarum (&c.) Datum per manus Hugonis de Well. Archidiaconi de Well. apud Dovere, quarto die Aprilis, anno Regni nostri septimo.

.....

333a

BILSINGTON Prioratus
in agro Cantiano.

De Fundatione ejusdem.

Math. Par. p. 968.
n. 4.

Anno Domini MCC Lviii. Dominus minus Johannes Mansel Beverleiæ Præpositus, Dominis Regis Clericus & consiliarius specialis; vir quidem prudens & circumspectus, ac dives; prudenter considerans, quoniam Regis gratia non est hæreditaria, vel prosperitas mundi semper duratura, unam dormum Religiosorum, scil. Canonorum regularium fundavit, & grataanter locupletavit, juxta Romeniam, ad duo milliaria supra mare, & illam Canonicis instauravit; exemplo Petri Chaceport, qui quandam domum ejusdem ordinis paucis retroactis diebus, pie ac fæliciter fundaverat informatas; ut sic per bona temporalia transeuntes non amitterent sempiterna.

Carta Fundationis.

Pat. 5. E.
4. p. 3. m.
23. per In=
spex.

Unniversis Christi fidelibus literas præsentes
visuris vel audituris, Johannes Maunsel
Præpositus Beverlacensis æternam in Domino
salutem. Inter varias mundi solicitudines, qui=
bus genus humanum premitur & arctatur, qua=
tenus permittit humana fragilitas, illud semper
in mente gerendum est, quod recepturi sumus
omnes, Apostolo attestante, secundum quod in
corpore gessimus, sive bonum, sive malum; ut
qui parce seminat parce recolligat; & qui in
benedictionibus seminat æternæ vitæ premium
assequatur: Summo igitur desiderio cupientes,
extremo messonis die, in aliquo pietatis opere
pervenire, in nomine Dei patris omnipotentis,
& salvatoris nostri Jhesu Christi, Spiritus sancti
gratia invocata, karissimi Domini nostri Hen=
rici illustris regis Angliæ ad hæc accedente
concensu, ita duximus ordinandum, ut de bo=
nis nobis a Deo collatis domus una religiosa
fundetur, in qua Collegium Canonicorum re=
gularium, beati Augustini regulam profitenti=
um instituatur; in qua divinum officium perpe=
tuo celebretur pro vivis & defunctis, ad laudem
& gloriam Creatoris; & in qua ad honorem
beatæ Dei genitricis & gloriosæ Virginis Ma=
riæ, incensum orationum jugiter incendatur, &
sacrificium Matutinum, obsequiumque Vesperti=
num Deo omnipotenti perpetuis temporibus
impendatur: Venerabili igitur patre Bonefacio
Cantuar. Archiepiscopo, loci dyocesano, ad
hæc, auctoritate patrante; & quod ad ipsius
spectat officium in hac parte plenus exequen=
ti, illam partem Manerii nostri de Bilsingtone,

333b

quam habuimus de dono & concessione hære=
dum Hugonis Comitis Arundelliæ; & totam
terram nostram de Polre, de Gozehale, & de
Ecche, cum omnibus pertinentiis suis, ad præ=
dictam domum fundandam & dotandam con=
cessimus & assignavimus in liberam, puram &
perpetuam elemosinam; tenenda & habenda
Deo & beatæ Mariæ Virgini, & Willielmo
Priori ejusdem loci, & Canonicis apud Byl=
singtone Deo servientibus, ac eorum successo=
ribus ibidem Deo famulantibus imperpetuum,
pro salute karissimi Domini nostri Henrici il=
lustris Regis Angliæ, & Alianoræ ejusdem Re=
ginæ & liberorum suorum, & nostra æterna &
temporali, ac omnium parentum & benefacto=
rum nostrorum, præcedentium & subsequenti=
um, libere & quiete ab omni servicio & ex=
actione seculari, de quorum fructibus & exiti=
bus Canonicos ibidem Deo servientes, ac pro
futuris temporibus deservituros volumus
sustentari, secundum numerum Canonicorum
in eodem loco taxandis, juxta loci facultates.
Quam quidem domum ita liberam esse volu=
mus, quod nulli alteri domui sit subjecta, nec
in temporalibus, nec in spiritualibus; salvis ta=
men loci patronis in omnibus aliis reverentia
debita & honore.

Vide Pat.
14. E. 2. p.
1. m. 13.

Volumus etiam & ordinamus, ut cum Prior de Bylsington, qui pro tempore fuerit, Prioratui cesserit, vel in fata decesserit, Supprior & Conventus custodiam Domus suæ, & omnium rerum & possessionum suarum habeant. Et statim, cum præfatus Prior officio suo renunciaverit; vel defunctus, sepulturæ traditus fuerit; Supprior & Conventus, a nemine licentia eligendi postulata, Capitulum intrent, & quem sibi dominus inspiraverit sibi in patrem & Priorem eligant, & electum patrono præsentent confirmandum.

Ut autem hæc nostra donatio & concessio rata & stabilis imperpetuum permaneat, eandem Sigilli nostri munimine roboravimus. Hiis testibus, Domino Bonefacio Cantuariensi Archiepiscopo; Willielmo Episcopo Sarum; Domino Petro Episcopo Herefordensi; Domino Ricardo Comite Gloverniae; Domino Petro de Sabaudia; Domino Petro Chaceport Archidiacono Wellensi; Magistro Willielmo de Kilkenny Archidiacono Coventriæ; Radulpho filio Nicholai; Johanne Grey; Bertramo de Cricel; Johanne de Lexintone; Roberto Walerand; Willielmo de Lichefeld Canonico Lond. Magistro Johanne Clarel; Domino Galfrido de Childwic, Domino Ricardo de Tilebery, Alardo Flemeng, Thoma de Colcestre, & Simone de Huntingdone Capellanis, & multis aliis. Actum Anno Domini MCCLiii. mense Junio.

334a

Licentia Regis Edwardi tertii facta Canonicis de Bilsington, pro quodam marisco, mari submerso, assewiando.

Pat. 1 E. 3.
p. 1. m. 32.
Vide etiam Pat.
14. E. 2. p.
1. m. 13.

→

Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Quia compertum est per inquisitionem per dilectum nobis Will. de Weston nuper Escaetorem Domini Edw. tunc Regis Angl. patris nostri, in commitatibus Kanc, Sussexiæ, Surriæ Midd. & civitate Lond. de mandato ipsius patris nostri factam, & in Cancellaria sua retornatam; quod quidam salsus mariscus in Lyde, juxta Romenale, continens in se sexaginta acras terræ, qui a tempore quo Johannes Maunsell fundator Prioratus de Bylsington, dedit & concessit Priori loci illius & Canonicis ibidem Deo servientibus & eorum successoribus, in liberam & perpetuam elemosinam Manerium de Uvre Bilsyngton, cum pertinentiis, huc usque fuit & adhuc est per mare submersus, pertinet & pertinuit ab antiquo ad Manerium prædictum; & quod non fuit ad dampnum seu præjudicium dicti patris nostri aut aliorum, si ipse concessisset Priori & Conventui de Bilsyngton, quod ipsi mariscum prædictum cum pertinentiis assewiare, & secundum legem marisci walliis includere, & in culturam redigere, & alias commodum suum inde facere; Ac mariscum illum sic assewiatum, inclusum, & in culturam redactum tenere possent sibi & successoribus

suis imperpetuum: Et quod prædictus mariscus tenebatur de dicto patre nostro in liberam & perpetuam elemosinam. Nos per finem, quem præfatus Prior fecit nobiscum, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Priori & Conventui ejusdem loci, quod ipsi mariscum prædictum cum pertinentiis, assewiare, & secundum legem marisci, walliis include, & in culturam redigere, ac alias commodum suum inde facere; & mariscum illum sic assewiatum, inclusum, & in culturam redactum tenere possint sibi & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, una cum prædicto Manerio imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, (&c.) In custo, (&c.) T. Rege apud Westm. xxiii. die.
Febr.

.....

351a

PRIORATUS
de Badelesmere in agro Canti=ano.

Licentia Regis Edwardi secundi pro fundatione ejusdem.

Pat. 4. E. 3.
p. 2. m. 41.
per ln=
spex.
Vide Pat.
13. E. 2. m.
6.

Edwardus Dei gratia Rex Angliae, Dominus Hiberniae & Dux Aquit. Omnibus ad quod præsentes literæ pervernerint salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam deditus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro Barth. de Badelesmere, quod ipse in Manerio suo de Badelesmere in Com. Kanc. quod de nobis tenet in capite, ut dicitur, fundare possit quandam domum Canonicorum regularium, & quod de dominicis terris suis ejusdem Manerii dare possit & concedere prædictis Canoniciis viginti & quatuor acras terræ, habendas & tenendas eisdem Canoniciis & successoribus suis de præfato Bartholomeo & hæredibus suis, in liberam & puram elemosinam imperpetuum, ad inhabitandum & ad ædificandum ibidem Ecclesiam & alias domos pro eorum voluntate; Et eisdem Canoniciis, quod ipsi prædictas viginti & quatuor acras terræ a præfato Bartholomeo possint recipere, & sibi & successoribus suis de præfato Barth. & hæredibus suis in liberam & puram elemosinam imperpetuum tenere, & Ecclesia ac alias domos pro

351b

eorum voluntate ibidem ædificare, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter dedimus speciale; statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. Nolentes, quod prædictus Barth. vel hæredes sui aut præfati Canonici, seu succes-

sores sui, ratione præmissorum, per nos vel hæ=redes nostros, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros quoscumque occasionentur, molestentur, in aliquo, seu graventur. In cuius rei testimoniū has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Redyngges xviii. die Maii Anno Regni nostri tercio decimo.

.....

357b

PRIORATUS
de Dertford in Cantio.

Carta Regis Edwardi tertii de Fundatione ejusdem.

Cart. 1. H. Edwardus Dei gracia Rex An=
5. p. 1. m. 8. gliæ & Franciæ, & Dominus
per In= Hyberniæ, omnibus, ad quos
spex. præsentes literæ pervenerint,
Videsis salutem; Sciat is quod de
Cart. 7. E. gracia nostra speciali dedi=
4. m. 5. mus, concessimus, & assig=
Et Pat. 4. navimus, pro nobis & hæredibus nostris dilectis
R. 2. p. 2. nobis in Christo Matildi Priorissæ Monaste=
m. 29. rii S. Mariæ & S. Margaretæ Virginum de
Et Pat. Dertford, per nos fundati, & ejusdem loci
46. E. 3. p. Conventui sororibus ordinis S. Augustini, se=
2. m. 28. cundum instituta & sub cura Fratrum Ordinis
Pat. 1. E. Prædicatorum viventibus, Monasterium præ=
4. p. 7. m. dictum; necnon mansionem & situm ejusdem,
16. cum pertinentiis, in qua mansione ipsæ Prio=rissa & Conventus jam inhabitant, Maneria de
Shipbourn & Portebrugge, cum pertinentiis,
in Com. Kantiæ una cum feodis militum, &

358a

omnibus aliis ad eadem Maneria spectantibus
sive pertinentibus; advocatione Capellæ S.
Edmundi Regis & Martiris in Dertford, ac
omnia terras & tenementa, cum suis pertinen=
tiis, quæ dictæ Priorissa & Conventus nuper
habuerunt ex concessione Johannis Bronde Ca=
pellani & quæ fuerunt Willielmi Claptes, & Jo=
hannæ uxoris ejus in villis de Dertford, Stone,
Wilmington & Suthfleote: unum mesuagium
cum pertinentiis, quod fuit Johannis de Cher=
tesey, in dicta villa de Dertford; tria mesuagia,
cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt
Rog. Folk; duas acras terræ cum pertinentiis
in eadem villa quæ fuerunt Simonis Kagworth.

Unum mesuagium, unum columbare, triginta
acras terræ, tres acras prati, quindecim acras
pasturæ, & viginti solidatas redditus cum perti
nentiis in eadem villa, quæ fuerunt Rob. Mount.
Triginta & quatuor acras terræ; quinque acras
prati, & sex solidatas redditus cum pertinentiis
in Dertford, & Wilmynton, quæ fuerunt
Willielmi de Wilmynton: septem mesuagia, duo
tofta, quatuor gardina, centum & viginti &
octo acras terræ & dimidium, quatuor acras
prati, triginta acras pasturæ, duodecim acras

marisci, & viginti solidatas redditus, cum pertinentiis; ac reversionem unius mesuagii, octo acrarum terræ, & dimidia cum pertinentiis in dicta villa de Dertford, ad nos spectantem; quæ quidem mesuagium & terram Margareta Michel tenet ad vitam suam, & quæ quondam fuerunt Willielmi de Newport civis & Piscenarii London. unum mesuagium & septem solidatas redditus cum pertinentiis in eadem villa de Dertford, quæ fuerunt Nicholai de Crofton; duo mesuagia, & unum gardinum cum pertinentiis in eadem villa de Dertford, quæ fuerunt Alexandri Folke. Unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa, quod fuit Johannis Lambyn. Tres rodas prati & pasturam ad duos boves, cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt Joh: Michel; Sexdecem acras terræ in eadem villa, quæ fuerunt Joh. Chepstede, & Johannis Wallworth Civium Lond. Triginta acras terræ, cum pertinentiis, in dicta villa de Wilmynton, quæ fuerunt Johannis Pikeman. Duo mesuagia ac omnia terras & tenementa, redditus, & servicia cum pertinentiis, quæ fuerunt Aliciae Perers in villis de Dertford, Wilmynton, Stone, Suthfleote, & Mersh in Comitatu prædicto: & quondam placeam terræ, cum pertinentiis, in dicta villa de Dertford, vocatam le Castelplace; nec non quinque solidatas & tres denaratas redditus, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ fuerunt Willielmi Morgaunt. Unum mesuagium sive tenementum, cum suis pertinentiis, in Civitate nostra London. quod fuit Roberti de Burton, & Joannis de Letton, executorum testamenti Roberti de Hanwoode nuper Civis & Mercatoris London. & omnia tenementa, cum pertinentiis in eadem civitate, in parochia S. Martini extra Ludgate, in Fleetstreet, in parochia S. Martini de Orgar juxta Esgate; & in parochia S. Katharinæ infra Cimiterium de S. Trinitate magna juxta Algate, quæ fuerunt Augustini Waleyes.

Omnia redditus & servicia cum pertinentiis

358b

exeuncia de duobus messuagiis & tribus Shoppis in Cordwanerstreet, in eadem civitate, quæ Jacobus Andrew de ipsis Priorissa & Conventu tenuit ad terminum vitæ ipsius Jacobi, una cum reversione eorundem mesuagiorum & Shoparum, cum acciderit; & sexaginta & sex solidatas & octa denaratas redditus, cum pertinentiis in Tamorsfelde, & in London. in Westchep, qui quidem redditus pertinet ad Manerium de Portbrugge, quod quondam fuit Roberti Biknore. Manerium de Belstede magna cum pertinentiis, una cum Ecclesiis de Washebrooke, & Velechurch tenendas in propriis usibus, & advocationibus Ecclesiarum earrundem; necnon advocationibus Ecclesiæ de Alterton & viciarum dictarum Ecclesiarum de Washebrooke & Velechurch, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis in Comitatu Suffolciæ.

Manerium de Brandiston, cum redditibus & serviciis & omnibus aliis ad prædictum Manerium spectantibus in Herkestede, in eodem Comitatu; & cum redditibus & serviciis & omnibus aliis ad prædictum Manerium spectantibus in villa de Goffeld in Comitatu Essex, & Manerium de Combes, cum situ custudam Capellæ ibidem & omnibus redditibus, serviciis, ac quibuscumque aliis ad prædicta Manerium & situm Capellæ spectantibus in dicto Com. Suffolciæ, Manerium de Hecchesham, cum pertinentiis, in Comitatibus Surriæ & Kantiæ; ac omnia terras ac tenementa nostra cum pertinentiis in Putfould in dicto Comitatu Surriæ, cum Ecclesia de Witteleg & Capella de Thoreslee; tenendas in propriis usibus & advocationibus earundem Ecclesiarum & Capellæ, cum omnibus libertatibus ad easdem Ecclesiam & Capellam pertinentibus: Manerium de Norton cum pertinentiis, una cum advocationibus Ecclesiæ ejusdem Manerii, & cujusdam Cantariæ in eadem Ecclesia, ac certis membris ad idem Manerium spectantibus; videlicet Silleigh, Emewell, Trowe, & Westwithhill; necnon omnibus redditibus & serviciis cum pertinentiis omnium tenentium nostrorum in villis de Werenetre, Rolveston & Madyngton cum pertinentiis in Com. Wiltes; & omnia redditus & servicia quæ habemus in Burton atte Nasshe, & atte More, una cum omnibus aliis pertinentiis ejusdem Manerii de Norton in Com. Dorset. Manerium de Fiffhicle cum pertinentiis, una cum omnibus terris, tementis, redditibus, serviciis, escaetis, reversiōibus, ac omnibus aliis ad idem manerium de Fiffhicle pertinentibus, quæ nuper fuerunt ipsarum Priorissæ & Conventus in Gerardeston, Wilton, Digehampton, Fouleston, & parva Derneford, in perpetuum in dicto Comitatu Wiltes; & omnia terras, tenementa, prata, redditus & servicia, cum pertinentiis, quæ habemus in Purbik in Com. Dorset. pertinentia ad idem Manerium de Fiffhicle, una cum omnibus aliis Maneriis ejusdem Manerii ac advocationibus Ecclesiarum de Fiffhicle & S. Michaelis in Westreet in Wilton. necnon feodis militi-

359a

tum, & omnibus aliis ad eadem Maneria, terras, & tenementa spectantibus.

Et Manerium de Colwenston cum pertinentiis in Comitatu Glamorgan in Wallia, necnon omnia terræ & tenementa, cum pertinentiis in Moldeston in Marchiæ Walliæ, in Comitatu Herefordiæ, una cum feodis millium & omnibus aliis ad idem Manerium de Colweneston spectantibus, sive pertinentibus, habenda & tenenda omnia prædicta Maneria, terras, tenementa, redditus, & servicia, feoda, reversiones, & libertates, ut prædictum est, cum pertinentiis; & advocationibus, dictis Priorissæ & Conventui & earum successoribus in dotem &

fundationem Monasterii prædicti; ea videlicet quæ de nobis, antequam ad manus nostras devenerunt, tenebantur de nobis & hæredibus nostris, in liberam, puram & perpetuam e= lemosinam, & ea quæ de aliis quam de nobis, antequam ad manus nostras devenerunt, tene= bantur de iisdem Dominis, de quibus per ea= dem servicia, per quæ ipsa tenta fuerunt ante= quam ad manus nostras devenerunt, in perpe= tuum. Statuto de terris & tenementis ad ma= num mortuam non ponendis edito, non ob= stante. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes; Teste, meipso apud Westm. vicesimo die Julii anno Regni nostri Angliæ quadragessimo sexto, Regni vero nostri Franciæ tricesimo tertio.

Carta præfati Regis Edwardi de advocatione Ecclesiæ de Whittleye.

Ibid. Edwardus Dei gratia Rex Angliæ & Fran= ciæ & Domini Hyberniæ, omnibus (&c.) salutem. Sciat quod de gratia nostra speciali, dedimus & concessimus dilectis nobis in Chri= sto Priorissæ & Sororibus domus prædicatorum de Dertford, per nos de novo fundatæ, advoca= tionem Ecclesiæ de Whittleye in Com. Sur= riæ habendam & tenendam sibi & successori= bus, suis imperpetuum. Concessimus etiam & licentiam dedimus eisdem Priorissæ & Sorori= bus quod ipsæ Ecclesiam prædictam appropri= are, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint, sibi & successoribus suis in per= petuum (&c.) In cuius (&c.) Teste meipso apud Westmonasterium sexto decimo die Julii, anno Regni nostri Angliæ tricesimo, regni ve= ro nostri Franciæ, decimo octavo.

Ibid. Ricardus Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hyberniæ, omnibus ad quos præ= sentes literæ pervenerint, salutem: Sciat, quod nuper Johannes Daventre Persona Ecclesiæ de Brom, Walterus Berkly Vicarius Ecclesiæ de Kymberle, Johannes Cranhouse, Edmundus La= kyngheth, & Richardus Nooth, nos de Mane= rio de Massyngham, cum pertinentiis in Com. Norfolke, una cum feriis, mercatis, Wayfg, Strayes, & omnibus aliis libertatibus ad Ma= nerium prædictum spectantibus feoffarunt. Habendum & Tenendum nobis & hæredibus nostris imperpetuum: Ac etiam Johannes Ba=

359b

con, Henritus Boghay, Thomas Godelake, & Johannes Appulton nobis concesserunt, & confirmarunt reversionem Manerii de West= wrotham cum pertinentiis, & omnium alia= rum terrarum & tenementorum cum pertinen= tiis in Westwrotham, & Eastwrotham, & Elyngton in Comitatu prædicto; quæ iidem Johannes Daventre, Walterus & Ri= chardus, & Johannes Snoreing, & Stephanus Langham tenant ad terminum vitæ Katharinæ Breouse, & per unum annum post decessum ip=

sius Katharinæ; habenda & tenenda post dictum annum completum, nobis & hæredibus nostris: Nos de gratia nostra speciali, ad honorem Dei ob devotionem quam ad Monasterium Sororum Prædicatissarum de Derford, per charissimum Dominum & avum nostrum Regem defunctum, fundatum optimus; dedimus, concessimus, & assignavimus, pro nobis & hæredibus nostris, dilectis nobis in Christo Priorissæ & Conventui Monasterii prædicti dictum Manerium de Massingham, cum pertinentiis, una cum feriis, mercatis, Wayfs, & Strayes, & omnibus aliis libertatibus ad Manerium illud spectantibus.

Habendum & tenendum sibi & successoribus suis in perpetuum. Concessimus etiam eisdem Priorissæ & Conventui, quod idem Manerium de Westwrotham, cum pertinentiis, ac prædicta alia terra & tenementa cum pertinentiis in Westwrotham, Eastwrotham, & Elyngton, quæ præfati Johannes Daventre, Walterus, Richardus (&c.) sic tenent ad terminum vitae præfatæ Katharinæ, & per unum annum post decessum ejusdem Katharinæ, quod quidem Manerium de Westwrotham, & dicta alia terræ & tenementa cum pertinentiis, post dictum annum completum, nobis & hæredibus nostris remanere deberent, post dictum annum completum præfatis Priorissæ & Conventui remaneant. Habenda & tenenda, simul cum dicto Manorio de Massyngham, cum pertinentiis, ac feriis, mercatis, Wayfes, Strayes, & omnibus aliis libertatibus, ad eadem Maneria spectantibus, dictis Priorissæ & Conventui & successoribus suis, ad inveniendum quandam Capellam divina singulis diebus in quadam Capella in Infirmitorio Monasterii prædicti, de novo edificata, celebraturum; & relevationem & sustentationem Sororum & Fratrum infirmorum, qui ibidem sunt & erunt commorantes; necnon ulterius ad exorandum continue pro bono statu & salute nostra dum vixerimus, & pro anima nostra cum ab hac luce migraverimus, & pro animabus Fundatorum & Beneficiorum Monasterii, Priorissæ & Conventus prædictorum & earum successorum, & omnium fidelium defunctorum imperpetuum (&c.) In cuius rei testimonium (&c.) Teste meipso apud Westm. 3. die Septembris anno Regni nostri octavo.

.....

363

Hospitalia Anglicana
pro infirmis, Ordinis
S. Augustini.

.....

373b

HOSPITALE
S. Gregorii in Civitate Cantuariensi.

De Fundatione ejusdem per Lanfrancum Archiepiscopum.

Eadmer.
Histor.
Novor. I.
1. p. 9.

Extra aquilonalem de=
nique portam urbis
illius [Cantuarie]
lapideam domum de=
centem & amplam
construxit, & ei pro
diversis necessitudini=
bus hominum & Commoditatibus habitacula
plura cum spatiose curte adjecit. Hoc palatium
in duo divisit; viros videlicet variis infirmita=
tum qualitatibus pressas uni; parti vero alteri
fœminas se male habentes instituens. Ordina=
vit etiam eis de suo vestitum, & victimum quoti=
dianum: Ministros quoque atque custodes qui mo=
dis omnibus observarent ne aliquid eis deesset,
neque viris ad fœminas, vel fœminis ad viros
accedendi facultas ulla adesset. Ex altera vero
parte viæ Ecclesiam in honorem beati Gregorii
Papæ composuit, in qua Canonicos posuit, qui
regulariter viverent, & præfatis infirmis, quæ
saluti animarum suarum congruerent cum se=
pultura ministrarent. Quibus etiam in Terris,
in Decimis, & in aliis redditibus tanta largitus
est, ut ad sustentationem eorum sufficientia
esse viderentur.

*Cartæ Lanfranci Archiepiscopi, de Fundatione
hujus Prioratus, pars.*

Ex schedis
Thomæ
Denne ar=
mig. urbi
Cantuar.
nuper a
memoria.

— Præterea dedimus eidem Ecclesiæ
[S. Gregorii] decimas de dominiis
militum nostrorum quos in Cantia feodavi=
mus, scilicet, totas decimas dominii de Tan=
nington, quam villulam Godfrido contulimus:
& dominii de Goshall & Golston, quas villu=
las Arnolfo contulimus: Et dominii de Fleet,
quod feodum dedimus Osberno: & dominii de
Berham, quam villulam Rogerio dedimus: &
dominii de Wolton, quod Radulpho dedimus:
& dominii de Whetacre, Wadenhall &
Langden & Densted, quod in feodium duobus

374a

militibus contulimus, Nigello & Roberto: & de=
cimas totius dominii de Lenham, quam God=
frido dedimus; & dominii de Leveton &
Godton, quas Ricardo contulimus: & domi=
ni de Pluckley, quod Willielmo dedimus. Has
decimas totas & integras præfatæ Ecclesiæ be=
ati Gregorii libere & quiete percipiendas, &
in perpetuum possidendas, contulimus. Hujus
vero statuti nostri & confirmationis nostræ
testes esse volumus Episcopum Roffensem,
Abbatem S. Augustini, prædictos Godfridum,
Arnoldum, Rogerum, Nigellum, Robertum,
milites, cum multis aliis, &c.

*Charta Huberti Cantuar. Archiepiscopi conser=
vatoria possessionum Canonicor. Prioratus S.
Gregorii Cantuar.*

Ex Archi=

Hubertus Dei gratia Cantuar. Archiepisco=

vis Ar=
chiepiscopi
Cantuar.

pus, totius Angliæ Primas, Universis
Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quod præsen=
tes literæ pervenerint, æternam in Domino sa=
lutem. Paci & quieti religiosorum virorum qui
sub arctoris censura vitæ Domino noscuntur
militare, ex injuncto nobis curæ pastoralis
officio, tenemur propensi invigilare, & ne
vel ipsi vel eorum possessiones aliqua malig=
nantium temeritate perturbentur, solicite pro=
videre. Eapropter ad universitatis vestræ noti=
ciam volumus pervenire, quod Ecclesiam bea=
ti Gregorii Cantuariæ, quæ ad nostrum specia=
liter pertinet dominium, & Canonicos ibidem
divino mancipatos servitio, cum omnibus eo=
rum possessionibus in protectionem Dei &
nostram suscepisse, & eisdem Canonicis uni=
versas possessiones, quas in præsentiarum ex do=
natione prædecessorum nostrorum & nostra,
seu quorumcunque fidelium largitione juste
possident, aut imposterum justis modis pote=
rint adipisci, concessisse, & hac Charta nostra
imperpetuum confirmasse. Quarum possessio=
num his propriis duximus designare vocabulis.

/* Verisimi=
le est tot
fuisse loci
Canoni=
cos.
Duodecim /* quotidianas Præbendas de Hospi=
tali ante Ecclesiam: Ecclesiam S. Mariæ de
Northgate cum oratorio subtus portam: Eccle=
siam S. Crucis de Westgate cum oratorio
subtus portam: Ecclesiam S. Dunstani extra ci=
vitatem: Ecclesiam S. Nicolai de Tanynton
cum omnibus decimis tam in terris quam in
molendinis: Ecclesiam S. Bartholomæi de
Waltham cum terra quæ vocatur loclet & de=
cimis militum & rusticorum, cum quatuor Ca=
pellis, scilicet Elmestede, cum decem acris,
quinque de terra, & quinque de bosco, & Capella
de Elmeresseld, & Capella de Wadenhale, &
Capella de Dene: Ecclesiam S. Margaretæ de
Beatricesdenne cum bosco & decimis, &
cum Capella de Hecchisdenne: Ecclesiam
S. Petri de Lynyngsborne: Ecclesiam S.
Mariæ de Natyndon: Ecclesiam S. Mariæ
de Stallesfeld, cum Capella S. Petri de Ores,
salva pensione decem solidorum, quæ ad Eccle=
siam Roffensem dicitur pertinere: Haghefeld
cum molendino de Toniford: terram de lec=
chyngs: terram de Retherle: terram de Brom=
hamme: terram de Byer: terram quæ fuit

374b

Humphridi de Clopham: terram quæ vocatur
Pynkesteghelle, duas acras terræ in marisco de
Gosehale, & duas acras terræ de Folkenham:
octo acras succisæ messis annuatim apud
Northflete, quatuor de tritico & quatuor de
ordeo de dominio Archiepiscopi: Item de tri=
bus dimidiis acris succisæ messis de Dene apud
Waltham, dimidiā acram de frumento, &
dimidiā acram de ordeo, & dimidiā acram
de avena: Duo molendina de Fordwich: mo=
lendinum quod vocatur Crienemelne cum aliis
redditibus intra Civitatem & extra: molendi=
num apud Dovoriam quod vocatur Godmelne
cum mesagio Eufemiæ in illa villa: decimam

vini de Tenham: decimam de Lenhem de dominio, decimam de Plukele de dominio: decimam de Wadenhale & Denstede de dominio: decimam de Watekre de dominio: decimam de Berhem de dominio: decimam de Wedetone de dominio: decimam de Gostanstone & Gosehale de dominio: decimam de Flete de dominio: decimam de Hertesland: decimam de Ristheborne, decimas in Herball-donn de ducentis acris totidem garbas: in Sulford de quingentis acris totidem garbas: sum=marium ex munere Regis Henrici in Foresta de Blen bis in die. Nolumus igitur & authoritate qua fungimur præcipimus, ut prælibata Ecclesia S. Gregorii & Canonici ibidem habitum religionis professi, præscriptas possessiones, si=cut eis rationabiliter concessæ sunt, habeant & imperpetuum possideant. Statuimus autem, & sub interminatione anathematis inhibemus, ne quis hanc paginam nostræ confirmationis in=fringere, vel ei aliquatenus temere contraire præsumat. Testibus Gilberto Roffensi Episco=po, Hugone Abbatte de Reading, Johanne Abbatte de la Hyde, Ailgaro Abbatte de Fa=veresham, Rogero & Alexandro Monachis, Richardo Cancellario, Simone de Eschales, Rannulfo thesaurario, Magistro Simone de Sud=well, Magistro Feramino, Eustachio Decano, Godardo Decano, Willielmo de Chyriton, Roge=ro de Northbourne, & multis aliis.

*Taxatio spiritualium & temporalium Prioris
Sancti Gregorii Anno Dom. 1384.*

Histor. Anglicanæ
Scriptores antiqui.
col. 2166. Ecclesia de Tanenton in decanatu Cantuarie xi. l. vi. s. viii. d. Ecclesia de Northgate in eadem decanatu Lxvi. s. viii. d. Ecclesia de Westgate in eodem decanatu C. s. Ecclesia S. Dunstani in eodem decanatu Liii. s: iii. d. Ecclesia de Natingdone in eodem decanatu iii. l. Decimæ de Rysshborne in decanatu de Westbere xx. s. Ecclesia de Livingesborn in decanatu de Bregge x. l. Decimæ apud Goldstanston, Gosehale, & in campo de Hertesland, Holdan juxta Wyngham x. l. Decimæ in Bissoppesborne in eodem decanatu xl. s. Ecclesia de Waltham in eodem decanatu xi. l. vi. s. viii. d. Ecclesia de Elmestede in eodem decanatu xvi. l. Ecclesia de Beatricesdene in decanatu de Cherryng xii. l. Decimæ eorum in Plakele in eodem

375a

Decanatu xxvi. s. viii. d. Portio eorum in Northflete in Decanatu de Shorham xl. s. Ecclesia de Stalesfeld in Decanatu de Osprenge xii l. Ecclesia de Ores in eodem Decanatu iv. l. Temporalia eorundem in diocesi Cantuariensi xxv. l. xv. s. Summa taxæ Cxxxiii. l. xv. s. Inde medietas decimæ vi. l. xiii. s. ix. d.

Canon. S. Aug.

Lel. Col.
Vol. 1. p.
84.
Lanfrancus Archiepiscopus, primus
Fundator, instituit Canonicos secu=
lares, Gulielmus Archiepiscopus Ca=

nonicos Regulares induxit.

.....

405b

HOSPITALE

de Romenale in agro Cantiano.

Restauratio & nova ordinatio ejusdem per Jo= hannem Fraunceys, anno xxxvii. Regis Ed= wardi tertii.

Pat. 38 E.
3. p. 2. m.
30. per
Inspex.

Omnibus Christi fidelibus præ= sentes literas inspecturis,
visuris etiam vel audituris,
Johannes filius Roberti
Frauncys de Romenale,
Cantuar. dioc. salutem in
omnium salvatore. Noverit
universitas vestra, quod olim recolendæ me= moriæ Adam de Cherryngs quoddam Hospi= tale Leprosorum in honore beatorum Marty= rum Stephani & Thomæ, quondam Cantuar. Archiepiscopi, in dicta villa de Romenale dudum fundatum, terris, redditibus, & possessi= onibus variis dotavit & promovit; & pro susten= tatione perpetua quorundam Leprosorum in eodem degentium, & unius Capellani in ipso Hospitali divina imperpetuum celebrantis, pro salute animæ suæ, animarumque antecessorum suorum, in puram & perpetuam elemosinam, terras, redditus & possessiones hujusmodi ei= dem Hospitali dedit & concessit, ac etiam assignavit, prout per Cartas ipsius Adæ, & lite= ras Romanorum Pontificum, ac Archiepisco= porum Cantuariæ, qui pro tempore fuerunt; & præcipue per literas bonæ memorie Domini Baldwini dudum Cantuariensis Archiepiscopi inde confectas plenius poterit apparere. Sed temporum malicia succedente, & eo maxime, quod nulli Leprosi reperiebantur, nec longis temporibus retroactis potuerunt reperiri, qui in dicto Hospitali voluerunt aliqualiter commo= dari, stetit dictum Hospitalie penitus dereli= ctum, & hominibus totaliter desolatum, sicque prout elemosina antiquitus fieri consueta, & divinus cultus in eodem Hospitali diu extiterat & extitit, omnino diminutus & sopitus, ædifi= ciaque Hospitalis prædicti, quæ sumptuosa ma= nus construxerat, funditus sunt collapsa. Unde ego Johannes Fraunceys supradictus, verus dicti Hospitalis nunc patronus, motus pietate; volens & intendens ipsum Hospitale, ut præ= mittitur, totaliter desolatum, de bonis michi a Deo collatis, saltim & prout michi possibile fu= erit, per Dei gratiam relevare, & divinum cul= tum ibidem diminutum & sopitum, ut præfer= tur, suscitare, ordino, volo & dispono, quati= nus in me est, & de jure possum in hac parte; & præcipue propter causam suprascriptam, quod

de cætero in loco virorum Leprosorum, qui in eodem Hospitali morari consueverant, sint ibi= dem duo sacerdotes idonei, divina in ipso Hos= pitali pro animabus fundatorum, patronorum,

406a

& benefactorum ejusdem perpetuis tempori= bus celebrantes; quorum unus erit dicti Hospitalis Magister, sive custos: qui quidem Magister sive Custos ibidem sumendus, sive eli= gendus, quociens ipsum Hospitale vacare con= tigerit, ad præsentationem patroni ejusdem Hospitalis cujuscunque qui pro tempore fuerit, per dictum Archiepiscopum Cantuarie, & ejus auctoritate, sede Ecclesiæ Cantuar. plena, & ipsa vacante per Priorem & Capitulum dictæ Ecclesiæ instituetur & inducetur in eodem.

Et etiam, quod in dicto Hospitali residenci= am faciat corporalem, nisi pro negotiis ipsius Hospitalis, vel alias ex causa rationabili ipsum oporteat aliquociens absentari. Qui etiam Ca= pellanus in Magistrum sive Custodem prædicti Hospitalis admissus, in institutione sive admis= sione sua hujusmodi; seu saltim in sua inductio= ne, in possessionem corporalem Hospitalis su= prædicti, corporale ad sancta Dei Evangelia præstet juramentum, quod domos, terras, red= ditus, possessiones & jura ipsius Hospitalis, tam nova quam antiqua, juxta posse suum viriliter conservabit & defendet, & sine vasto salvo custodiet, ordinationemque præsentem in omni= bus fideliter observabit.

Ordino insuper & volo, quod quilibet Ma= gister sive Custos hujusmodi, qui pro tempore fuerit, unum ad se capiet Capellatum idone= um, quem in socium suum duxerit eligendum, ad morandum cum eo in Hospitali prædicto, qui suus erit commensalis; cui quidem Capel= lano, ultra victum suum xl. sol. sterlingorum de bonis ipsius Hospitalis in moneta currenti idem Magister ministrabit annuatim. Totum vero residuum bonorum & emolumentorum dicti Hospitalis, habebit & percipiet Magister supradictus pro sustentatione sua & suorum, ac jurium Hospitalis antedicti, & aliorum onerum sibi incumbentium occasione Hospitalis ante= dicti; ita tamen quod ibidem non fiet vastum, vel destructio, ut præfertur.

Liceat insuper Magistro dicti Hospitalis suum socium Capellatum, quociens opus fue= rit, & causa rationabilis exposcat, a dicto Hos= pitali penitus amovere, & alium idoneum loco suo ibidem subrogare & præficere; ita tamen quod semper sint ibidem duo Capellani com= morantes, videlicet Magister & socius suus commensalis, ut est dictum, qui pro animabus Fundatorum, patronorum, & omnium ipsius Hospitalis, cessante impedimento legitimo, cotidie celebrabunt, & simul in Capella ipsius Hospitalis Matutinas & alias horas Canonicas, Placebo & Dirige, cum commendatione animarum dicent, nisi rationabiliter fuerint excusati.

Præterea ordino & volo, quod quilibet Magister sive Custos Hospitalis prædicti, infra decem dies proximos postquam inductus fuerit in possessionem ejusdem, tam de visu & scientia patroni ipsius Hospitalis, vel alicujus per ipsum ad hoc deputati; quam de visu & scientia alterius Capellani sui, viz. socii commensalis, fidele faciat & plenum inventarium indentatum, de omnibus & singulis bonis, rebus, & cattallis ipsius Hospitalis inibi existentibus &

406b

repertis, seu ad illud pertinentibus qualiter= cunque, cuius una pars penes dictum Magistrum & Custodem, & alia pars ejusdem penes ipsum patronum remanebit: Qui quidem Magister singulis bienniis de omnibus bonis & rebus ac cattallis supradictis; ac etiam de administratione sua ibidem facta, loci Ordinario, viz. Domino Archiep. Cantuar. qui erit pro tempore, vel alicui ad hoc deputato per eundem juxta juris exigentiam, compotum reddet sive ratio= nem.

Item volo & ordino, quod cum Magister Hospitalis in fata decesserit, vel per per mutationem; seu alias ab ipso Hospitali se transtulerit, aut amotus fuerit, bona & Catalla omnia Hospitalis, seu ad illud qualitercunque pertinentia, penes ipsum Hospitale integre re= maneant, ad usum & utilitatem ejusdem, futuro Magistro sive Costodi Hospitalis antedicti — ventu plenius liberanda. De aliis vero bonis & Cattallis ipsius Magistri sive Costodis, sibi aliunde obvenientibus, seu per ipsum adquisitis, disponat idem Magister, tam in viat sua, quam in morte juxta suæ libitum voluntatis.

Insuper volo & ordino, quod quilibet patro= nus Hospitalis antedicti, qui pro tempore fuerit, unum Capellatum idoneum, quotiens ipsum Hospitale vacare contigerit, infra duos menses a tempore notæ vacationis ejusdem, Domino Archiepiscopo Cantuariensi, qui pro tempore fuerit, sede Cantuariensis Ecclesiae plena; ipsa vero sede vacante, Dominis Priori & Capitulo dictæ Ecclesiae ad dictum Hospitale præsenta= bit, per ipsum seu ipsos in Magistrum & Custodem dicti Hospitalis admittendum; alioquin si patronus prædictus Capellatum hu= jusmodi infra dictum tempus non præsentave= rit, ut præfertur, volo & concedo ego Johannes filius Roberti Fraunceys sæpedictus, pro me, hæredibus & assignatis meis, quod Jurati villæ de Romenale supradictæ; vel major pars eorum, potestatem præsentandi personam ido= neam ad dictum Hospitale habeant ea vice; ita tamen quod infra mensem proximam tunc sequentem Capellatum hujusmodi præsentent modo supradicto. Et si contingat, quod Ma= gister sive Custos prædictus non ceperit sibi alium socium Capellatum, ut est dictum, tunc idem Magister distribuet inter pauperes villæ supradictæ pro quolibet quarterio anno, quo Capellatum socium hujusmodi non habuerit,

xxiii. s. & iiii. d. per visum Juratorum villæ
antedictæ.

In quorum omnium & singulorum testimo=
nium, ego Johannes filius Roberti Fraunceys,
praedictus, Sigillum meum præsentibus appo=
sui; & nichilominus Sigillum commune Baro=
num villæ de Romenale prædictæ, hiis apponi
procuravi. Data apud Romenale, quoad con=
signationem præsentium xx. die Junii, Anno
Domini MCCCLxiii. & anno regni Regis Ed=
wardi tertii post conquestum Angliæ xxxvii.

.....

418b

HOSPITALE
de Herbaldoune in agro Cantiano.

*Carta Regis Henrici secundi de xx. marcatis
annui redditus eidem Hospitali concessis.*

Pat. 12 H.
6. p. 2. m.
30. per
Inspx.

Hen. Dei gratia Rex Angliæ,
& Dux Norm. & Aquit. &
Comes Andeg. Archiepisco=
pis (&c.) Sciatis me dedisse
in perpetuam elemosinam &
præsenti Carta confirmasse
Leprosis de Herbaldona xx.
marcatas redditus singulis annis; habendas de
redditu meo Cantuariæ, donec eas assignem
alibi subscipendas, vel in Ecclesiis, vel in aliis
redditibus. T. G. Episcopo Lund. R. Episcopo
Wigorn. R. electo Winton. R. electo Here=
ford. Magistro Willielmo de Insula, Comite
Willielmo de Mandevile, Willielmo filio Andr.
Hug. de Cressi apud. Westm.

.....

423b

HOSPITALE
S. Mariæ de Dovor in agro
Cantiano.

*Carta Regis Henrici tertii de Decimis passagii
portus Doverensis.*

Cart. 11.
H. 3. p. 2.
m. 9.

Rex (&c.) salutem. Sciatis nos
intuitu Dei, & pro salute animæ
nostræ & animarum antecessorum
& hæredum nostrorum, dedisse
(&c.) Hospitali S. Mariæ de
Doure, quod dilectus & fidelis noster Huber=
tus de Burgo Comes Kancii, Justiciarius
noster, ibidem fundavit, & Fratribus & Soro=
ribus ibidem Deo servientibus decimam omni=
um provenientium passagii portus de Doure,
quæ nos contingunt: Habendam & tenendam
prædictis Fratribus & Sororibus, & successori=
bus suis, de nobis & hæredibus nostris, in libe=
ram, puram, & perpetuam elemosinam; percipi=
endam singulis annis per manus Ballivorum e=
jusdem portus de Doure. Quare volo (&c.)
Dat. &c. apud Westm. sexto die Julii.

Carta ejusdem Regis de decem libratis annuis.

Cart. 13.
H. 3. m. 3.

Henricus (&c.) Noveritis nos, intuitu Dei,
& pro salute animæ meæ, & animarum
antecessorum & hæredum nostrorum deditis
(&c.) Magistro & fratribus Hospitalis domus
de Doure, ad sustentationem eorum, & paupe=br/>rum ejusdem Hospitalis decem libras percipi=br/>endas singulis annis ad festum S. Michaelis de
exitibus portus nostri Doure, salva eis Decima,
quam ipsi percipiunt de eisdem exitibus de do=br/>no nostro per Cartam nostram, quam eis inde
fieri fecimus. Quare volo (&c.) Data apud
London. xx. die Septembris.

.....

434a

HOSPITALE
de Strode in agro Cantiano.

*Diploma Regis Edwardi tertii, ipsam Fundatio=br/>nis Cartam dicti Hospitalis; necnon diversas
alias Donationes eidem factas, recitans &
confirmans.*

Pat. 6. E.
3. p. 1. m.
19.
Videsis
Claus. 20.
E. 3. p. 1.
m. 19.

Rex omnibus ad quos, &c. salu=br/>tem. Inspeximus quoddam scrip=br/>tum, quod Gilbertus quondam
Episcopus Roffensis fecit in hæc
verba. Omnibus Sanctæ matris
Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum perve=br/>nerit, G. divina miseratione Rofensis Ecclesiæ
minister, salutem in Domino. Attendentes
illud dominicum, 'Esurivi & dedistis michi
manducare; sitivi & dedistis michi bibere; hospes
eram & collegistis me; nudus & cooperuistis me;
infirmus & in carcere, & visitastis me.' Et ex
hoc advertentes misericordiam, cum necessita=br/>tem patientibus habitam Deo plurimum ac=br/>ceptam, pro salute nostra, prædecessorum suc=

434b

cessorum nostrorum & benefactorum; Necnon
& pro reformatione Christianitatis terræ
Jerosolimitanæ, & liberatione Richardi
illustris Regis Angliæ; Domum hospitalem in
honore Dei & gloriose Virginis Mariæ apud
Strode construximus, ad recipiendos & confo=br/>vendos pauperes, debiles, infirmos, & sibi mi=br/>nime sufficientes, tam notos commorantes,
quam a remotis transeuntes, ut in lecto, cibo,
& potu eis congrue provideatur, donec vel de=br/>cedant, vel cum incolumitate recedant; illisque
decedentibus vel recentibus alii pereque pau=br/>peres & debiles, imperpetuum substituentur.
Iconomum autem eidem Domui præfecimus,
& successores nostri præficiunt, qui de consilio
Episcopi curam domus & omnium ad eam per=br/>tinentium habebit; Qui regularem vitam ge=br/>rens, tot regulares secum habebit Clericos, ut
honeste ibidem Deo possit ministrari; & ad
minus a duobus presbyteris duæ Missæ singulis
diebus celebrari; una pro vivis loci benefactori=br/>bus, altera pro salute animæ meæ nominatim,
& pro animabus cæterorum benefactorum in

evum, ad sustentationem jam dictæ Do=
mus.

Itaque de communi assensu Prioris &
Conventus Rofensis; necnon & Archidiaconi
nostri, concessimus & donavimus in perpetuam
& puram elemosinam in usus proprios possi=
dendam Ecclesiam de Ailesford, cum omnibus
ad eam pertinentibus, salva pensione duarum
marcarum per annum Icomi Monachis Ro=
fensis annis singulis persolvenda; Et Ecclesi=
am Sanctæ Margaretæ pereque in usus propri=
os, cum omnibus pertinentiis suis optinendam,
salva dimidia marca per annum Icomi,
prædictis Monachis annuatim reddenda, no=
mine oblationum, diei festi beatæ Margaretæ,
quas idem Monachi percipere consueverunt.
Et Ecclesiam de Hallyng, cum omni integri=
tate sua; & prebendulam de decimis militum
nostrorum in Halling, & Holeberge, & Ku=
kelstan provenientem: Et Ecclesiam Sancti
Nicholai de Strode, cum omnibus ad Altare
pertinentibus, tam de vivis, quam de defunctis,
& omnibus aliis, excepta decimatione bladi,
quam de assensu & voluntate Archidiaconi &
personæ de Frendesberi, matricem constitu=imis Ecclesiam, proprium eidem cimiterium
assignantes. Providebit autem Icomus ad
ministrandos in memoratis Ecclesiis presbyte=ros idoneos, quos maluerit proprios conversos
vel alienos, quos Episcopo præsentabit, qui
cum Ecclesiis ipsis communi gaudebunt liber=
tate, ut nulla videlicet exactione pecunaria
graventur, ab Episcopo vel Archidiacono, vel
Decano, vel aliquo alio, sive in tallia, sive in
emenda, sive aliquo alio modo, exceptis dum=
taxat sinodalibus ab antiquo debitis; quoniam
si deliquerint Episcopo consulto Icomi co=
hercioni Canonice subjacebunt.

Sane locum ipsum Hospitale cum ambitu
suo & omnibus ibidem commorantibus, tam
clericis, quam laicis, & cunctis conversis ubi=
cumque morentur, de assensu & voluntate Ar=
chidiaconi exemimus ab omnimoda potestate
Archidiaconali & Decanalii; ut sint solummodo

435a

domino Papæ & Cantuariensi Archiepiscopo sub=
jecti, & Episcopo Rofensi. Concessimus in=
super jam dictæ Domui, decimam novalium
cujusdam terræ, quam de novo excoluerunt
Canonici de Lesnes, & eorum tenentes, in
confinio parochiarum de Derenteford, & de
Wyminton, de assensu & voluntate utriusque
Ecclesiæ personæ. Porro constitutum est de
auctoritate nostra, & Conventus nostri Ro=
fensis, quod in vigilia Natalis Domini annua=tim, octo coopertoriis novis supervenientibus,
prout ad hoc redditus eis in Ecclesia de Ailes=
ford & Boxle providimus, octo vetera in usus
pauperum Icomo domus restituentur. Pro=
vidimus etiam jam dictæ domui redditum sex
denariorum de quadam terrula in Stanes a
Radulpho filio Pauli & hæredibus ejus, annis

singulis persolvendis; set & ex largitione bonæ memoriae Henrici de Cornhell, pro salute animæ suæ, & illustris Regis Henrici percipit eadem domus annuatim quatuor libras in London & Suwerc assignatas. Et ex dono Galfridi de Sunderersse duas summas bladi de molendino de Kukelstan.

Hæc autem omnia, & siquid amplius per gratiam Dei aliquis conferre voluerit, expendet Iconomus cum consilio Episcopi provide, fideliter, & honeste, in usus ipsius domus; Ita ut præhabita sua & Clericorum & servientum necessariorum procuratione congrua, totum residuum in sustentationem pauperum debilium, ut diximus, erogetur; & pro quantitate excurrentium facultatum augeatur numerus Infirorum. Nos igitur de bonitate Domini confidentes, ut misericorditer agat cum misericordiam facientibus, omnes huic ordinationi dominicæ consortioni admittimus, & fratrem & cooperatorem participem domus Hospitalis constituimus. Qui autem maligne resistere, obviare, vel interfingere conatus fuerit, indignationem & offensam omnipotentis Dei incurrat, & ultionem corporalem sævientis senciat, donec recipiscen- tis in melius reformatur: Rogamus autem, & quantis possumus precibus & exhortationibus supplicamus successori nostro, quatinus hanc orationem non nostram set Crucifixi, gratam habeat & acceptam & suæ in omnibus saluti consultum, provisum videat & honori, ut Dominus Deus ei retribuat, & non ut cooperatorem set fundatorem respiciat, remuneret, & coronet in gloria sempiterna.

Inspximus etiam quoddam scriptum, quod Radulphus quondam Prior Roffensis, & ejusdem loci Conventus fecerunt in hæc verba. Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Radulphus Prior Rofensis, & ejusdem loci Conventus salutem & orationes in Domino. Noverit universitas vestra, nos intuitu Dei & ob reverentiam gloriosæ Dei genetricis Mariæ, in cuius honore domus Hospitalis constructa est apud Strode, de assensu & voluntate Domini Gilberti Rofensis Episcopi nostri donasse & concessisse, & praesenti Carta confirmasse eidem domui Hospitali partem de prato nostro juxta Strode, sicut cer-

435b

ta fossata eam concludunt; & quicquam habuerimus in tota terra, quæ est intra prædictam domum Hospitalis & domum Augustini juxta stratam quæ tendit versus Fridesberiam; & ab eadem domo prædicti Augustini, sicut muro concluditur usque ad fossatum prædicti prati versus aquilonem. Habendum & tenendum in puram & perpetuam elemosinam, liberæ & quiete ab omni exactione & omni servicio & omnibus rebus, nullo jure in eis ullo unquam tempore nobis retento. Nos etiam

warantizabimus, & acquietabimus prædicto Hospitali quicquid in prædicto ambitu habui= mus versus omnes homines. Et pro hac do= natione & concessione, & confirmatione nostra, prædictus venerabilis Dominus & Pater noster G. Rofensis Episcopus, qui de consilio & assen= su nostro memoratam domum Hospitalem in honore Dei & beatæ Virginis extruxit, in re= tributionem liberavit nos erga Judeos, de tri= ginta libris, & usuris, quæ in immensum excre= verant; & fecit claustrum nostrum perfici lapi= deum, & organa nobis fieri fecit, & multa alia nobis contulit beneficia: Testibus hiis, Do= mino Gilberto Rofensi Episcopo nostro, Will. Rofensi Archid. Magistro Elia seneschallo, Magistro Egidio, Magistro Rogero, Thoma, Clericis prædicti Episcopi: Ricardo de Beresse, Henrico de Cobeham, Henrico de Scorne, Luca de Ores, Ricardo Scriptore, Philippo de Wurme= dell, Osberto fratre suo, & multis aliis.

Inspximus etiam quoddam scriptum quod Hubertus quondam Archiepiscopus Cantuar. fecit in hæc verba. Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum per= venerit, Hubertus Dei gratia Cantuar. Ar= chiepiscopus, totius Angliæ primas, salutem in vero salutari. Cum ex injuncto nobis officio in promovendis caritatis operibus teneamur diligenter adesse, præsertim nos condecet ea quæ in sustentationem pauperum karitative deputata sunt & erogata, favore pio prosequi & & promovere. Attendentes igitur favorable propositum & pietatis affectum venerabilis & dilecti fratris nostri Gileberti Rofensis Episcopi, circa construendum domum Hospitale apud Strodes, ad sustentandos & confovendos in ea pauperes & debiles sibi minime sufficientes; Ne cujusquam machinatione in posterum possit infringi, vel in aliquo diminui, eam cum omnibus quæ prædictus G. Rofensis Episcopus, vel quisvis alias ei hactenus contulit, vel in po= sterum per gratiam Dei collaturus est, præsenti pagina confirmamus: Inprimis videlicet locum ipsum Hospitale, cum ambitu suo & omni= bus ibidem commorantibus, tam Clericis, quam laicis, & cunctis conversis ubicumque morentur, ut sint exempti ab omni potestate Archidiaco= nali, & Diaconali, & sint solummodo Domino Papæ & Cantuar. Archiepiscopo subjecti, & Episcopo Rofensi. Ecclesiam etiam de Ailes= ford, cum omnibus ad eam pertinentibus, salva pensione duarum marcarum per mannum Ico= nomi memoratæ domus, monachis Rofensibus annuatim persolvenda: Et Ecclesiam Sanctæ Margaretæ cum omnibus pertinentiis suis; salva dimidia marca per manum prælibati Ico=

436a

nomi prædictis monachis annuatim reddenda, nomine oblationum diei festi S. Margaretæ, quas idem monachi percipere consue= verunt.

Et Ecclesiam de Hallyng, cum omni inte=

gritate sua, & prebendam de decimis militum
prælibati Episcopi in Hallyngs, & Holeberge,
& Cuckelesstan provenientem; Et Ecclesiam
S. Nicholai de Strode cum omnibus ad Altare
pertinentibus, tam de vivis, quam de defunctis,
& omnibus aliis, excepta decimatione bladi,
& decima novalium cuiusdam terræ, quam de
novo excoluerunt Canonici de Lesnes, & eo=
rum tenentes in confinio parochiarum de De=
renteford, & de Wilminton. Octo etiam
coopertoria vetera quæ Iconomus memoratæ
domus a Monachis Rofensibus recipiet in vige=
lia Natalis Domini, octo novis supervenien=
tibus, sicut prædictus Episcopus fieri disposuit,
& Carta sua confirmavit: Et redditum sex de=
nariorum de quadam terrula in Stanes a Rad.
filio Pauli, & hæredibus ejus annis singulis
persolvendum: Et ex largitione Henrici de
Cornhell, quatuor libras annuas in London, &
Sudwerc assignatas. Et ex dono Galfridi de
Sunderherse, duas summas bladi annuatim de
molendino de Cuckelesstan: Ita quidem, quod
sæpe nominatus Iconomus omnes obventio=
nes prædictarum Ecclesiarum, decimarum &
reddituum, integre, plenarie & pacifice possi=
deat, & in usus suos & pauperum convertat,
sicut Carta memorati Episcopi testatur. Provi=
debit etiam idem Iconomus ad ministrandum
in memoratis Ecclesiis, presbiteros idoneos,
quos maluerit proprios, conversos, vel alienos,
quos Episcopo præsentabit; Qui cum Ecclesiis
ipsis communi gaudebunt libertate; videl. ut
nulla exactione pecunaria graventur ab Epis=
copo vel Archidiacono, vel Decano, vel aliquo
alio, sive in tallia, sive in emenda, sive aliquo
alio modo, exceptis dumtaxat sinodalibus ab
antiquo debitibus; Quoniam si deliquerint, Epis=
copo consulto, Ionomi Canonice coercioni
subjacebunt: ut igitur ordinatio prædicti Epis=
copi, tam in Ionomo instituendo, quam in
cæteris omnibus quæ ad prædictam domum
pertinent, sicut in ejus Carta, quam vidimus,
continetur, perpetuae firmitatis robur obtine=
at, eam præsenti pagina confirmamus, & sigilli
nostrí testimonio communimus. Hiis Testibus,
Jon. Archid. Derebei; Magistro Ricardo Can=
cellario nostro; Magistro Simone de Scales,
Magistro Godefrido de Insula, Magistro Will.
de Noketon, Magistro Helya medico; Magistro
Reinero, Magistro Will. de Casna Clericis no=
stris: Magistro Helya senescallo prædicti Epis=
copi, Magistro Egidio, Thoma de Rikingehale,
Magistro Will. medico, Philippo de Wormedale,
Waltero de Brom, & multis aliis.

**Inspeximus etiam quandam Cartam, quam
bonæ memoriæ Dominus Ricardus quondam Rex
Angliæ progenitor noster, fecit in hæc verba.
Ric. Dei gratia Rex Angl. Dux Norm. A=
quit. Comes Andeg. Archiepiscopis (&c.) sa=
lutem. Noverit universitas vestra, nos ordina=
tionem dilecti nostri G. Rofensis Episcopi su=
per Hospitali Sanctæ Mariæ de Strodes, &**

donationes eidem Hospitali rationabiliter colatas, ratas habere, & præsenti Carta nostra confirmasse; scilicet locum ipsius Hospitalis, cum ambitu suo; & Ecclesiam de Ailesford, & Ecclesiam Sanctæ Margaretæ de Roffecestre; & Ecclesiam S. Nicholai de Strodes; & Ecclesiam de Hallynges, cum omnibus earum pertinentiis: Præbendam etiam provenientem ex decimis militum jam dicti Episcopi in Halling, & Cuckeletan. Et ex donatione Henrici de Cornhill quatuor libras per annum in Lond. & Suthwerk. Et de dono Monachorum Roff. singulis annis octo coopertoria vetera. Et ex dono Gaufridi de Sunderesse duas summas bladi per annum de molendino suo de Kuchelstan. Præterea decimam quorundam novulum in parochiis de Derenteford, & Wilmin ton a Canonicis de Lesnes, & eorum tenentibus excultorum & excolendorum. Et redditum sex denariorum de quadam terrula in Stanes percipiendorum singulis annis de Radulfo filio Pauli & hæredibus ejus, sicut Carta prædicti Episcopi testatur. Testibus Magistro Philippo Clerico nostro, & Warino filio Geroldi, & Gaufrido de Ponz. Dat. per manum W. Eliensis Episcopi Canc. nostri apud Wormaciam xiiii. die Aug. anno quarto regni nostri.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem progenitor noster fecit in hæc verba:
 Ric, Dei gratia Rex Angl. Dux Norm. Aquit.
 Comes Andeg. Archiepiscopis (&c.) salutem.
 Sciatis nos deditis & concessisse & præsenti Carta confirmasse domui Hospitali S. Mariæ de Strodes, duas partes bosci juxta Mallinges, qui pertinebat ad Manerium de Ailesford, in liberam & puram & perpetuam elemosinam; ita quod tercia pars ipsius bosci per se divisa, & consuetudo de carragio extraneorum transeuntium, sicut consuetum est, remanebit prædicto Manerio. Quare volumus (&c.)
 Dat. per manum W. Eliensis Episcopi Canc. nostri xx. die Aprilis apud Winton. anno quinto Regni nostri (&c.) Nos autem constructi onem, donationes (&c.) ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo, nunc Magistro & fratribus dicti Hospitalis beatæ Mariæ de Strode & eorum successoribus, concedimus & confirmamus, sicut literæ, Cartæ, & scripta prædicta rationabiliter testantur, & prout iidem Magister & fratres & prædecessores sui Ecclesias, præbendam, terras, & tementia prædicta hactenus tenuerunt, & iidem Magister & fratres ea modo tenent. In cuius, &c. Teste Rege apud Westm. xvi. die Marcii.

*de. S. Paulo Comitissæ Pembrochiæ pro domo
Religionis in Manerio suo de Strode con=
struendo.*

Pat. 16. E.
3. p. 2. m.
5.

Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam deditus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectæ consanguineæ nostræ Mariæ de sancto Paulo Comitissæ Pembrochiæ, quod ipsa Manerium suum de Strode, cum libertatibus, liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis suis, dare possit & assignare certis viris aut mulieribus religiosis, ubi eidem Comitissæ placuerit; Habendum & tenendum eisdem Religiosis & successoribus suis; vel quod eadem Comitissa, si sibi viderit expedire, infra dictum Manerium Ecclesiam & domos pro inhabitatione hujusmodi virorum aut mulierum religiosorum inibi commoraturorum, juxta ordinationem & voluntatem ipsius Comitissæ, de novo fundare, & dictum Manerium eisdem religiosis ibidem habitatus dare possit & assignare. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum. Et eisdem religiosis quibus dicta Comitissa Manerium prædictum, cum libertatibus & liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis suis, sic dare voluerit, idem Manerium, cum libertatibus & liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis suis, a præfata Comitissa recipere possint & tenere sibi & successoribus suis prædictis, sicut prædictum est imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam damus specialem. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, (&c.) In cuius, &c. T. Custode apud Eastry vii. die Octobris.

.....

458a

HOSPITALE
S. Nicholai, S. Katherinæ, & S.
Thomæ Martyris de Estbrigge
in Civitate Cantuariensi.

*Carta Regis Edwardi secundi donatorum con=
cessiones recitans & confirmans.*

Pat. 7 E. 2.
p. 3. m. 31.

Rex omnibus ad quos (&c.) salutem. Constitutionem & assignationem, quas Willielmus Cokyn, quondam civis Cantuar. fecit per scriptum suum, constituendo & assignando pauperes & infirmos Fratres Hospitalis S. Nich. S. Kath. & S. Thomæ Martyris de Estbrig in Cantuaria, quæ simul sunt unita, hæredes suos imperpetuum, omnium terrarum & possessionum ac catalogorum ipsius Willilemi. Et donationem, concessionem & confirmationem, quas Hamo de Blen, filius Ocardi de Crevecuer, fecit per Cartam suam Rectori & fratribus prædicti Hospitalis S. Thomæ Martyris Cantuar. de terra illa, quæ vocatur Nigrethe, cum pertinentiis; & de terra illa quæ vo-

catur Williames mede; & de terra illa proxima, quæ vocatur Benetewe; & de una acra quæ jacet juxta aquam versus North, ex opposito de Prestecote; & do domo illa, quæ fuit Willielmi & Johannis, fratrum prædicti Hamonis. Et de xx. s. iii. d. & tribus quadribus liberi redditus; & de xvii. gallinis, solvendis singulis annis præfatis Rectori & fratribus, per manus diversorum hominum, de teris quas iidem homines tenent in villa de Blen, sicut præfato Hamoni reddi solebant, cum omni jure de prædictis terris; & de prædicto redditu & prædictis gallinis, in releviis, casibus, escaetis, in sectis Curiarum, & omnibus rebus ad præfatum Hamonem & hæredes suos modis omnibus pertinente: ita quod licet foret prædictis Rectori & fratribus tenere Curiam suam de prædictis hominibus in villa de Blen, ubicunque vellent in tenemento suo.

Et etiam concessionem, quam prædictus Hamo fecit per eandem Cartam suam eisdem Rectori & fratribus de libero exitu & communia in pascuis forinsecis & cheminis, semitis & aquis in villa de Blen, ad omnia negotia sua facienda. Et similiter donationem, concessio nem, & confirmationem, quas prædictus Hamo de Blen fecit per quandam aliam Cartam suam, Rectori & fratribus prædictis, de terra illa, cum omnibus pertinentiis, quæ jacet in tenura de Blen, inter Nigrethe & Middel diche. Et insuper remissionem & quietam clamantium, quas Ricardus de Becco, filius Willielmo de Becco militis, per Cartam suam fecit Magistro & fratribus Hospitalis prædicti, de sex denariatis redditus, quos eidem Ricardo de

458b

xxvi. acris terræ, cum pertinentiis, quas habuerunt de dono Willielmi de Burnes annuatim reddere consueverunt: Necnon donationem & concessionem, quas prædictus Ricardus fecit eisdem fratribus, per eandem Cartam suam, de decem acris terræ, cum pertinentiis, in campo qui vocatur Wopping. Et similiter donationem, concessionem & confirmationem, quas Radulphus filius Arnoldi Tinctoris fecit per Cartam suam, Fratribus & Sororibus Hospitalis prædicti, de terra quæ fuit ipsius Radulphi in parochia omnium Sanctorum, inter terram quæ fuit Hamonis, fratri ipsius Radulphi, & aquam de Sture; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, Magistro & fratribus Hospitalis prædicti, & eorum successoribus concedimus & confirmamus, sicut Scriptum & Cartæ prædictæ rationabiliter testantur. In cuius (&c.) T. Rege apud Cantuar. xxii. Febr.

.....

468b

HOSPITALE

de Hethe in agro Cantiano.

Licentia Regis Edwardi tertii Hamoni Episcopo Roffensi, pro fundatione ejusdem.

Pat. 16. E.
3. p. 1. m. 8. Rex (&c.) Sciatis quod de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, venerabili in Christo patri Hamoni Episcopo Roffensi, quod ipse in solo suo proprio, quod nunc habet in villa de Hethe, vel quod imposterum habere poterit, facere possit & fundare quoddam Hospitale, juxta ordinationem ipsius Episcopi, pro mora & sustentatione xiii. pauperum, pro benefactoribus suis; ac pro nobis & Philippa regina Angliæ, consorte nostra carissima; necnon pro liberis & hæredibus nostris specialiter oraturis; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cuius (&c.) T. Rege apud West. x. die Maii.

.....

479b

HOSPITALE

de Dertford in agro Cantiano.

Licentia Regis Henrici sexti pro Fundatione ejusdem.

Pat. 31. H.
6. p. 2. m.
4. Rex (&c.) Sciatis, quod ad laudem, gloriam & honorem Sanctæ & individuae Trinitatis, in cuius honore Ecclesia parochialis de Dertford in Com. Kanc. dedicata existit, de gratia nostra speciali, & ex certa scientia nostra concessimus, & pro nobis & hæredibus & successoribus nostris, quantum in nobis est, licentiam dedimus Johanni Bamburgh, Willielmo Rothele, Rogero Jonet & Thomæ Boost, quod ipse seu ille, vel illi eorum qui supervixerit vel supervixerint, in honore præfatæ S. Trinitatis, quandam dominum Elemosynarium diversorum mansorum, de perpetuo Vicario Ecclesiæ prædictæ, & custodibus bonorum, catallorum & ornamenti Ecclesiæ illius, ac quinque pauperibus debilibus in eadem domo, de tempore in tempus per eosdem Vicarium & Custodes & successores suos imperpetuum sustentandis & inveniendis, in prædicta villa de Dertford, pro salubrity nostro & charissimæ consortis nostræ Reginæ, quoad vixerimus; ac pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, & animabus progenitorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, singulis diebus oraturis: necnon ad alia miserecordiæ & pietatis opera faciendis, supportandis & sustentandis, juxta ordinacionem prædictorum Johannis Bamburgh, Willielmi Rothele (&c.) seu eorum illius, vel illorum qui supervixerit inde faciendam; vocandam sive nuncupandam the Trinitees Almeshouse, in

Dertford, do novo fundare, erigere, unire & stabilire possint & possit.

Et quod iidem Vicarius & Custodes & successores sui, perpetuis futuris temporibus, sint Magister domus prædictæ, ac unum corpus in futurum incorporatum in re & nomine; ac personas habiles & in lege capaces ad perquirendum terras, tenementa & alias possessiones

480a

quasunque, & de dono aliorum recipiendas & habendas sibi & successoribus suis in feodo & perpetuitate imperpetuum: Et quod per nomen Magistrorum Domus Eleemosinariæ S. Trinitatis de Dertford implacitare valeant alios, & ab aliis implacitari; necnon prosequi & defendere in quibusunque Curiis, coram quibusunque Judicibus, tam spiritualibus quam temporalibus, omnimas actiones reales, personales & mixtas, sectas, querelas & demandas, motas seu movendas, pro ipsis vel contra ipsos, in Curiis supradictis: Et quod habeant commune Sigillum pro negotiis Domus prædictæ deservitrum.

Concessimus etiam, ac præfatis Johanni Bamburgh, Willielmo Rothele (&c.) & illi vel illis eorum qui supervixerit vel supervixerint, licentiam dedimus, quod ipsi vel ipse terras, tenementa, redditus, reveriones, & alias possessiones quasunque ad valorem xx. l. per annum, ultra reprisas, quæ de nobis non tenentur in Capite per servicium militare, dare possint & assignare hujusmodi Magistris Domus prædictæ, cum sic fundata, erecta, unita & stabilita fuerit; habendas sibi & successoribus suis, ad sustentandum & supportandum tam hujusmodi quinque pauperes, quam prædicta alia misericordiæ & pietatis opera in forma prædicta imperpetuum; ac eisdem Magistris, quod ipsi easdem terras, tenementa, redditus & alias possessiones a præfatis Johanne Bamburgh, &c. aut illo vel illis eorum qui supervixerit vel supervixerint, tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, ut prædictu est, recipere & habere possint, sibi & successoribus suis prædictis, in forma prædicta, tenore præsentium, licetiam similiter dedimus specialem (&c.) In cuius (&c.) T. Rege apud Westm. xx. die Junii.

.....

577

Cœnobia Anglicana
ORDINIS
PREMONSTRATENSIS

.....

622b

PRIORATUS
de Langdone, in agro Cantiano, Celia de Leystone.

Carta Willielmi de Auberville, de fundatione ejusdem.

Ex Regist.
de Lang=
done, in
Scac. pe=
nes Rem.
Regis f. 2.
a.

Vide Pat.
3. E. 3. p.
1. m. 12.

Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, presentibus, & futuris, Willielmus de Auberville salutem: Noverit universitas vestra me dedisse, & concessisse, & hac præsenti Carta mea confirmasse Deo, & beatæ Mariæ, & beato Thomæ Martyri, & Canonici Ordinis Præmonstratensis, consensu & assensu Matildis uxoris meæ, & hæredum meorum, totam villam meam de Langedone ad faciendum in ea Abbatiam Ordinis Præmonstratensis, per manum Roberti Abbatis de Leystone: Hanc meam villam dedi & concessi eis totam, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, & piano, & pastura, & in omnibus aliis aysiamentis suis, ad eandem villam pertinentibus; & cum omnibus serviciis omnium hominum proborum in eadem villa manentium. Præterea eis dedi, & concessi Ecclesiam beatæ Mariæ de eadem villa, & Ecclesiam beatæ Mariæ de Walemere; & Ecclesiam sancti Nicholai de Oxeney; & Ecclesiam beatæ Mariæ de Redene. Hæc autem omnia eis concessi, pro anima cari Domini mei Regis Angliæ Henrici secundi, & pro anima Will. filii mei, & Emmæ filiæ meæ; & pro anima Hugonis patris mei, & Wynanc, matris meæ, & Ranulphi de Glanvilla & Bertæ uxoris suæ; & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum nostrorum; & pro animabus predecessorum & successorum nostrorum. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici habeant & tenent omnia prænominata, quæ eis dedi & concessi, libere, & quiete, integre, & plenarie, & honorifice, in puram, & perpetuam elemosinam, libera & quieta ab omni seculari servicio, & exactione; ita quod si aliquod erga eos Servicium, de prædicta villa exigatur, ego & hæredes mei dominium concedo, quod meum fuit in omnibus, erga omnes homines & faminas acquietabimus, warantizabimus, & defendemus imperpetuum. His Testibus, Johanne Norwicensi Episcopo; Huberto Sarum Clerico, H. abbe de G. Priore de Buttele; R. de Glanvilla; Willielmo de Glanvilla, Clerico; Ranulpho Capellano; Alano de Waleines; Josepho Clerico; Philippo Capellano.

623a

Confirmatio Domini Simonis de Abrinciis super Carta fundationis, præcita.

Ib. fol. 2. a.

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, ad quos præsens Carta pervenerit, Simon de Abrinciis salutem. Noverit universitas vestra, me inspexisse, & propriis manibus contrectasse Cartam venerabilis militis mei Willielmi de Auberville, sub hac forma. Universis (&c.) Ego igitur Simon, petitio Hugonis Willielmi interveniente, supradictæ Ecclesiæ, & Canonicorum in eadem

Deo ministrantium, securitati & tranquillitati
in posterum, providere misericorditer deside=
rans, omnia quæ jam dicta & præscripta sunt
..... Sigilli mei appositione ratificavi & etiam
confirmavi. Hanc autem confirmationem jam
dictis Canonis feci, ut specialem memoriam
mei & uxoris meæ, & prædecessorum & suc=
cessorum nostrorum, in Missis, & orationibus
suis habeant imperpetuum.

*Confirmatio dictæ Fundationis, facta per domi=
num Nicholaum de Cryoll.*

Ib. fol. 11. Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præ=
b. sens scriptum visuris vel audituris, Ni=
cholaus de Cryoll miles, salutem in domino
sempiternam. Cum per inspectionem Cartæ
Domini Willielmi de Auberville senioris,
quondam abavi mei, intellexerim, quod idem
Dominus Willielmus dedit & concessit Deo,
& beatæ Mariæ & beato Thomæ Martyri, &
Canonicis Ordinis Præmonstratensis, in liberam,
puram, & perpetuam elemosinam, totam vil=
lam suam de Langedone, cum omnibus suis
pertinentiis, ut in terris, boscis, planis, &
pasturis, & omnibus aliis easiamentis ad ean=
dem villam spectantibus; & etiam omnibus ser=
viciis omnium hominum in eadem villa ex=
istentium, ad faciendum in ea Abbatiam Ordi=
nis Præmonstratensis; Tenendum, & haben=
dum dictam villam, cum terris, boscis, planis &
pasturis, & cum omnibus serviciis omnium ho=
minum in eadem existentium, dictis Canoni=
cis, & successoribus suis integre, pacifice, plena=
rie, honorifice, liberam, & quietam ab omni
seculari servicio, exactione; & demanda: Vo=
lens igitur, super dictæ Abbatiae fundatione, pro
salute animæ meæ, antecessorum, & successo=
rum meorum tranquillitati, & oportunitati
dictorum Canonorum, in eadem Abbatia
Deo servientium, specialis devotionis affectu,
quantum possum, providere, ut per me utilita=
tis, & pacis suspicere possint augmentum; do=
nationem dicti Domini Willielmi de Auber=
ville, abavi mei, & concessionem dictis Cano=
nicis de præfata villa de Langedone, cum suis
pertinentiis, ut in terris, boscis, planis, &
pasturis, & cum omnibus serviciis omnium
hominum in eadem villa existentium factam,
ratifico, approbo, & confirmo, per præsentes:
Tenendum & habendum dictam villam cum
suis pertinentiis, ut in terris, boscis, planis, &

623b

pasturis, & serviciis omnium hominum in ea=
dem villa existentium integre, pacifice, libere
& quiete, absque omni seculari servicio, exacti=
one, & demanda; Ita quod ego dictus Nicho=
laus, seu hæredes mei in dicta Abbatia de
Langedon, aut in villa prædicta, vel serviciis
aliquorum hominum in eadem villa existenti=
um, seu terris, planis, boscis, & pasturis eidem
Abbatiae, per dictum dominum Willielmum
abavum meum datis, concessis, & appropriatis;

& per me ratificatis, approbatis, & confirmatis, eadem Abbatia pastore vacante, vel plena existente, causa cujuscunque donationis, possessionis, vel advocationis, quicquam juris, clamii, proprietatis, actionis, sive dominii, de cætero exigere vel vindicare non poterimus, nec debemus in perpetuum. Protestans & reconoscens me & hæredes meos teneri & debere dictam villam, cum omnibus suis pertinentiis, ut in terris, boscis, planis & pasturis, & omnibus aliis aisiamentis ad eandem villam spectantibus; Et etiam omnibus serviciis omnium hominum in eadem villa existentium, contra Dominum Regem & suos ballivos, ac omnes alios homines, tanquam liberam, puram & perpetuam elemosinam, warantizare, defendere, & acquietare imperpetuum. In cuius rei testimonium (&c.) Data apud Westernhangre, die Sancti Laurencii, anno regni Regis Edwardi, tricesimo.

Confirmatio Domini Nicholai de Cryoll, de advocationibus Ecclesiarum de Walmere, Oxeney, Langedone, & Ledenne.

Ib. fol. 12.
a. Universis (&c.) Nicholaus de Cryoll miles,
salutem (&c.) Cum per inspectionem
Cartæ W. de Auberville senioris, quondam
abavi mei, intellexerim, quod idem dominus
W. dedit & concessit Deo & beatæ Mariæ &
beato Thomæ Martyri, & Canonicis Ordinis
Præmonstratensis, in liberam, puram & perpe-
tuam elemosinam, advocationes Ecclesiarum
beatæ Mariæ de Walmere, beati Nicholai
de Oxeney, beatæ Mariæ de Langedone,
& beate Mariæ de Ledenne, cum glebis &
aliis pertinentiis suis, ad easdem Ecclesias
assignatis, ad fundationem Abbatiae Ordinis
Præmonstratensis apud Langedone faciendæ
(&c.) volens igitur super hujusmodi donati-
one, advocationum dictarum Ecclesiarum pro
salute animæ meæ, & Margeriæ uxoris meæ,
antecessorumque & successorum meorum tran-
quillitati, & oportunitati dictorum Canonico-
rum specialis devotionis affectu, in quantum
possum providere (&c.) ratifico, aprobo (&c.)
Data apud Westringhangre die Sancti Lau-
rencii, anno regni Regis Edwardi tricesimo.

624a

Carta Gunnoræ de Soveldone & Dionysiæ de Newesole, de Capella de Newesole.

Ib. fol. 19.
a. Universis (&c.) Gunnora de Soveldone, &
Dionisia de Newsole salutem. Noverit
universitas vestra, nos divinæ pletatis intuitu, &
spe remunerationis æternæ, dedisse & con-
cessisse, pro salute animarum nostrarum, &
pro animabus antecessorum nostrorum, Abba-
tiæ Sanctæ Mariæ & beati Thomæ Martyris de
Langedone, & Canonicis ibidem Deo servien-
tibus, in perpetuam, & puram elemosinam,
Capellam de Newesole, cum omnibus perti-

nentiis suis, quantum spectat de jure patronatus ad portionum nostrarum donationes. Ut autem hæc concessio, & donatio ab omnibus rata & inconcussa habeatur, præsens scriptum, sigillorum nostrorum impressionibus, munire studuimus (&c.) Hiis testibus (&c.)

.....

829

Cœnobia Anglicana,
ORDINIS
S. TRINITATIS
PRO
Redemptione Captivorum.

.....

833a

PRIORATUS
de Mottinden in agro Cantiano.
Mottenden fratres Ordinis S. Crucis.

Lelandi
Col. Vol. 1.
p. 83.

Robertus de Rokesley miles, originalis fundator. Modernus Comes de Northumberland.

.....

835

ADDITIONA
IN
Tomum Primum,
MONASTICI
ANGLICANI.

.....

885a

Pag. 529. col. 1.

<Lillechurch>

Ex ipso au= togr. pe= nes Magi= strum & socios Col= legii S. Joh. Bapt. Cantab.

Carta Abbatis & Conventus Colecestriæ de Ecclesia de Hecham.

Notum sit omnibus præsentibus & futuris, quod Hugo Abbas, & Conventus Monachorum S. Jo= hannis Baptistæ de Colecest. con= cesserunt & quietam clamave= runt Ecclesiam de Hecham, cum omnibus suis pertinentiis, Conventui Moni= alium de Lillechirche /* instituto imperpetuum illis & suis successoribus tenendam, libere & absque calumpnia, per escambium susceptum pro ipsa Ecclesia, in Centum solidatis terre; viz. Dunilanda, cum omnibus suis pertinentiis imperpetuum possidenda a prædictis Mo= nachis, & eorum successoribus, ita libere & quiete, absque omni terreno servicio, sicut præ= dictam Ecclesiam suam tenuerunt; Henrico etiam de Merch, cuius fuerat Dunilanda, con= cedente ipsum escambium, & Monachis Cla= mante perpetuo quietam omnem calumpniam de Dunilanda, & de omnibus ejus pertinentiis, de se & de omnibus suis, & inde faciente su= am subscriptionem. Hoc escambium factum est

/* in Cantio.

instantia Reginæ Matildis, gratia filiæ suæ
Mariæ, Deo sacratæ; volentibus & confir=

885b

mantibus illud Rege Steph., & filio ejus Co=
mite Eustachio; qui etiam pro arbitrio Re=
ginæ pacaverunt Henricum de Merch de reddi=br/>tibus transmarinis, ad suam voluntatem pro
Dunilanda: Et redditam ab eo coram Baro=br/>nibus Dunilandam, tradiderunt pariter Ab=br/>bati & Monachis Colecestriæ, in perpetuum
warantizandum eis, de se ac de suis successo=br/>ribus. Testes fuerunt Teobaldus Dei gratia
Cantuar. Archiepiscopus, R. Episcopus Linc:
Ricardus Episcopus Lundoniensis, Walterus Epi=br/>scopus Rofensis, Will. Martell, Ric. de Luci,
Fulco de Oilli, Warnerius de Lusoris, Alexander
de Salchovilla Clericus.

Ibid. *Ratificatio Walteri Episcopi Rofensis, super
quieta clamatione facta per Abbatem &
Conv. Colecestriæ in Ecclesia de Lille=churche.*

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens
scriptum pervenerit G. divina miseratione
Rofensis Ecclesiæ minister salutem. Ad uni=br/>versitatæ vestræ noticiam volumus pervenire,
nos inspexisse Cartam bonæ memoriaræ præde=br/>cessorii nostri Walteri, sub hac forma. Walterus
Dei gratia, Rofensis episcopus, omnibus sanctæ
matris Ecclesiæ filiis, ad quos literæ istæ perve=br/>nerint, salutem: Notum sit universitati vestræ,
quod Hugo Abbas S. Joh. Bapt. de Colcestria,
& plures Monachi sui, qui ex parte totius Ca=br/>pituli ejusdem Monasterii, se esse missos, testa=br/>ti sunt, in nostram venientes præsentiam, Ec=br/>clesiam de Lillekirche, liberam & absolutam
sine omni calumpnia refutaverunt; & in ma=br/>nibus nostris, coram pluribus Clericis & Lai=br/>cis, sine omni reclamatione & fatigatione
quietam reddiderunt: Et ad majorem certi=br/>tudinem dimissionis & refutationis habendæ &
credendæ, literas suas utroque Sigillo, viz. ipsius
Abbatis & totius Capituli de Colecestre, mu=br/>nitas suscepimus: quarum auctoritate, quod
nobis dixerant magis ratum habuimus. Et
quoniam ad nostrum pertinet officium Eccle=br/>siis pastorali cura destitutis providere, & ad eas
personas idoneas eligere; nos tam pietatis
intuitu, quam caritatis affectu, præfatam Ec=br/>clesiam dedimus, & in elemosinam concessi=br/>mus Mariæ filiæ Steph. Regis, & Sanctimonialibus
suis apud Lillecherche Deo servientibus,
cum omnibus pertinentiis ad prædictam Eccle=br/>siam jure pertinentibus; Habendam & te=br/>nendam, & pleno jure possidendam, sicut un=br/>quam aliquis antecessorum suorum melius &
liberius & honorabilius aliquo tempore eam
tenuit. Ut autem hæc donatio nostra, tam
Canonice facta, futuris temporibus stabilis &
inconcussa permaneat, eam præsentis scripti
munimine confirmamus & corroboramus. Hiis
testibus, &c. **Nos igitur volentes donatio=**

nem ipsam, sicut est rationabiliter factam, fir=
mam & inconvulsam permanere, eam præ=br/>senti scripto, & Sigilli nostri testimonio duxi=br/>mus roborandam: Nichilominus etiam &
Vicariam ipsius Ecclesiæ sic ordinavimus, de
assensu & voluntate Amphelesæ, tunc Priorissæ,
& Monialium ejusdem loci; viz. quod Ca=

886a

pellanus ministrans in Ecclesia ipsa Parochiali,
habebit omnes obventiones Altaris, exceptis
viginti quatuor Candelis, quas Moniales per=br/>cipient in die Purificationis beatæ Mariæ, de
pulcioribus illius diei. Similiter habebit
omnia legata facta, tam ipsi quam Ecclesiæ,
exceptis Equo, Bove, & Vacca, quos Priorissa
& Moniales percipient, si fuerint ipsi Ecclesiæ
legati. Habebit etiam omnes minutæ deci=br/>mas de Parochia provenientes, exceptis minu=br/>tis decimis, provenientibus de Curia ipsarum
Monialium, & de nutrimentis animalium eo=br/>rundem; & excepta decima lanæ proveniente
de Parochia. Habebit etiam annuatim sex
summas bladi de ipsis Monialibus; viz. duas
de frumento, duas de ordeo, & duas de avena;
quarum duæ solventur ad festum sancti Michae=br/>lis, duæ ad Natale, & duæ ad Pascha: habebit
etiam foragium & herbam ad unum Equum.
Ipse etiam sustinebit onus Clericorum neces=br/>sariorum ad ministerium ipsius Ecclesiæ; quo=br/>rum unus singulis diebus interesse debet majo=br/>ri Missæ, coram ipsis Monialibus. Priorissa
autem solvet Synodalia, & sustinebit alia one=br/>ra Episcopalia; salvo in omnibus jure Episco=br/>pali Episcopo Rofensi. Et ut hæc nostra or=br/>dinatio similiter perpetuæ firmitatis robur
optineat, eam præsenti Carta communivimus.
Hiis testibus, W. Archidiacono Rofensi, Magi=br/>stro R. de Lenham, Magistro Egidio, Ada
de Rizingeham, Johanne de Glanville, W. Me=br/>dico, Radulfo Capellano, Adam de Bromle,
Hugone Stuteville, & multis aliis.

Ibid.

*Indulgentia Alexandri Papæ, contributoris
reparationis Ecclesiæ de Hegham.*

Alexander Episcopus, servus servorum Dei,
universis Christi fidelibus, per Cantuari=br/>ensem, Roffensem, & Londoniensem Civitates,
& dioceses constitutis, salutem & Apostoli=br/>cam benedictionem. Quoniam, ut ait Apo=br/>stolus, ‘omnes stabimus ante tribunal Christi,
recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum
fuerit sive malum;’ oportet nos diem messio=br/>nis extremæ, misericordiæ operibus prævenire,
ac æternorum intuitu seminare in terris, quod
reddente Domino cum multiplicato fructu re=br/>colligere debeamus in coelis, firmam spem,
fiduciamque tenentes; quoniam qui parte se=br/>minat, parte & metet; & qui seminat in be=br/>nedictionibus, de benedictionibus & metet
vitam æternam, cum igitur sicut dilectæ in
Christo filiæ Priorissa & Conventus Monaste=br/>rii beatæ Mariæ de Hegham, Ordinis S. Be=

nedicti Roffensis diocesis nobis significare curarent, eadem Ecclesiam ipsius Monasterii de novo reparare inceperunt, opere sumptoso; & ad reparationem ipsius Ecclesiæ eis propriæ non suppetunt facultates, universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamus in Dominum, in remissionem vobis peccaminum, in jungentes, quatimus de bonis vobis a Deo collatis, pias eis elemosinas, & grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram, prædictum opus valeat consummari, & nos per hæc & alia bona, quæ Domino inspirante fe=

886b

ceritis ad æternæ possitis fælicitatis gaudia per= venire. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui eis propter hoc manum porrexerint adjutricem, xl. dies de injusta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus, præsentibus post quinquennium minime valitulis, quas mitti per quæstuarios districtius inhibemus eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Dat. Viterbi v. Idus Julii Pontificatus nostri anno quarto.

In dorso hujus Bullæ, sic scribitur.

Bulla pro renovatione de Lillechirche.

.....

890a

Pag. 551. col. 1.

<Lewisham>

Cart. an= tig. T. n. 10.

Carta Regis Edwardi (dicti Confessoris) Levesham in Cantio, cum diversis terris & Maneriis eidem pertinentibus, Ecclesiæ S. Petri de Gant, confirmans.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego Edw. Anglorum Dei gratia basileus, omnibus post me futuris Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, omnibusque Baronibus, ac ministris, cunctisque præsentibus & futuris salutem, & hujus rei notitiam. Summum in Regibus ac Principibus bonum est, justiciam Dei colere & Ecclesiarum quieti propicere, & de illarum perpetua securitate soliter tractare; quia, qui eam exaltant & honorant, cum ea & in ea, & per eam exaltantur, & honorantur. Et quoniam in locis plurimis inquietudines, plurimas molestias, persecutones, scandala, atque gravamina Monachos a nonnullis pertulisse cognovimus, decent ut nostræ excellentiæ regia provisio de ipsorum ventura quiete, salubri meditetur dispositione, ut in ipsis manentes tranquilla mente in servitute, Dei ipsius subveniente gratia, permaneant:

* Cella de
Leve=sham in
Cantio.

Unde præsentes & posteri sciant universi, quod antiqui gloriosi Reges, Aelwredus, viz. & Edwardus filius ejus, Ecclesiam S. Petri de Gant, quæ in monte Blandinio ita & animo affectare diligerunt, honoraverunt; & donati=onem illam, Levesham /* scil. cum omnibus sibi pertinentiis, quam Elthrudis præfati Elfredi neptis Ecclesiæ eidem libere contulit, Regia concessione, & libertate perpetua munierunt: Quorum boni operis intentione perpendens ne eorum statuta umquam ducantur in irritum, aut ullis (quod absit) posteris turbentur temporibus, ego quidem hujus libertatis patrocinator, donis eorum favens, pro eorum & mea omniumque successorum meorum regum, atque Baldwini, Comitis cognati mei; necnon & omnium fidelium prosperitate & salute, Deo & beato Apostolo Petro, pio fautori nostro, & Abbatii Richardo Monachisque præfatæ Ecclesiæ de Gant concedo, atque mea regia auctoritate confirmo Manerium de Levesham, cum omnibus sibi pertinentibus; viz. Greenewic, Wulewic, Modingeham, atque Cumbe; & cum vallibus etiam in Andreda eisdem Maneriis adjacentibus; scilicet Aeshchore, Aeffehaga, Thiningdene, Scarendene,

890b

Sandhewsce; & cum Ecclesiis, cimiteriis, decimis, redditibus, in campis & silvis, in pratis & pascuis, in aquis & paludibus, in piscariis & punctionibus, in molendinis & in omnibus suis appendiciis. Præterea addidi loco illi prælibato infra Londoniam, partem terræ de terra illa, viz. quæ Werman, Echer, Anglice nuncupatur, cum huervo eidem terræ pertinenti; & cum omnibus rectitudinibus & consuetudinibus, quæ ad illam pertinent. Concedo eis etiam in omnibus terris suis prænominatis, consuetudines hic Anglice scriptas, scil. Infangenetheof, Mondbruce, Mischenninge, Uthleaw, Ferdwite, Wearwite, Blodwite, Hleastyng, Sceawing, Hamsocne, Forstall, aliasque omnes leges & consuetudines, quæ ad me pertinent. Donavi etiam Richardo religioso Abbatii & omnibus futuris post eum, ibidem Abbatibus, & fratribus ejusdem loci, in omni prædicta Monasterii possessione, sacam & socam, Theolondumque suum in terra, & in aqua, & consuetudine, quæ dicitur Teames, Latrones, latronumque captiones vel emissiones, & pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus invasionem, & omnes assultus in suo jure, in via & extra, in festo & extra, in urbe & extra, in aqua & extra, tam plene, & tam liberæ sicut eas habebam in manu mea: Nullus itaque unquam graventur honeribus expeditiū nec Pontium vel Castrorum restrictione, nec regalium sive Episcopaliū ministrorum exactione.

Defendo insuper, & ex nomine sanctæ Trinitatis prohibeo, ut nullus Regum succedentium, Episcoporum, Principum, Comitum,

Vicecomitum, Procuratorum, sive aliorum Regum clientium, vel Episcoporum ministrorum, pastum, censem, vel inpensionem, seu aliud quodlibet ab Ecclesia illa, vel a terris praescriptis ad eam pertinentibus per vim aut per consuetudinem exigat, sed omnimodam libertatem mea regia corroboratione perpetu-aliter possideant, quatinus ipsa religiosa concio, pro remedio animae mea, & successorum meorum Regum Angliae, omniumque beneficiorum ejusdem Ecclesiae, ac fidelium salute, peregrines persolvat deprecationes, oleumque bonae actionis, more sapientium virginum sub habitu religionis servans Christo Domino & ejus beato Apostolo Petro indefesse de-

891a

serviat. Siquis autem contra hanc auctoritas nostrae paginam senserit, quicunque ille fuerit, cujuscunque aetatis, vel potestatis, gradus, & ordinis, & eam infringere voluerit, vel alias ad hoc conduxerit, unusquisque pro seipso liberas v. partibus S. Petri persolvat, & quicquid exinde fiscus noster in murdis, geldis, danegeldis, omnibusque aliis rebus, vel stipendiis, quae in terris illis surrexerint, ad partem nostram sperare poterat in luminaribus, sive fratrum ipsius Monasterii virtus amniculis perenniter per nostra oracula ad integrum sit concessum, atque indulatum: Quicunque successorum meorum hanc donationis libertatem firmiter atque inviolabiliter custodierit, aeterna coronetur claritate, coelestisque regni perfruatur felicitate: Si quis vero eam (quod absit) destruere voluerit, sive eandem possessionem a donatione & servicio saepedictae Ecclesiae & Abbatum ejusdem loci, & Monachorum subtrahere conatus fuerit, vel per partes, quasi hereditatis jure auferre praesumpserit, sicut contradictor & convulsor hujus nostri decreti, ac temerator, cum Juda traditore Domini, aeterno anathemati subjaceat, nisi Deo & beato suo Apostolo Petro digna poenitentia satisfecerit. Non enim superiorem, vel inferiorem aliquem decet hominem illud sibi in jus hereditatis vendicare, quod per regiam corroborationem ad illud, cuius esse debeat, pro via ratione fuerit redactum.

Anno igitur Dominicæ incarnationis

A. D. 1044. M. xlivi. Indict. xii. & vii. concurrentibus, atque xi. Epactis rotantibus, haec regalis concessio & donatio facta est sub astipulatione Promatum, quorum nomina karaxata videntur. Ego Edwardus Rex totius Britanniae hanc propriam donationem regali stabilimento affirmavi +. Ego Elfgive ejusdem regis mater assensum accommodavi +. Ego Eadsinus Dorobernensis Ecclesiae Archiepiscopus hanc pietatem divulgavi +. Ego Aelfricus Eboracen. Civitatis Archipresul, hanc territoriam schedulam diligenter assignavi +. Ego Aelwardus Londoniensis Episcopus consolidavi +. Ego Godwinus Rofensis Episcopus gauden-

ter impressi +. Ego Alwynus Wintoniensis E=
piscopus corroboravi +. Ego Beorwoldus
Wiltuniensis Episcopus coadunavi +. Ego Li=
vingus Cridiensis Episcopus confirmavi +. E=
go Aedelstanus Herfordiensis Episcopus consig=>
navi +. Ego Wulstanus Wigorniensis Episco=>
pus hanc divulgavi +. Ego Eadnodus Dort=>
censis Episcopus condixi +. Ego Duduco Wel=>
lensis Episcopus conscripsi +. Ego Grunkel=>
lut Episcopus Australium Saxonum concensi
+. Ego Wulsinus Episcopus Lictfeldensis
commodum duxi +. Ego Britinus Episcopus
Burnensis conclusi +. Ego Goodwinus Dux,
Amen dixi +. Ego Leoricus dux testificavi
+. Ego Siwardus dux test +. Ego Ha=>
roldus dux test +. Ego Leofwinus dux test
+. Ego Swelfenus dux test +. Ego Toftis
dux test +. Ego Gyrdus dux test +. Ego
Aedwinus Abb. Westm +. Ego Wuldoldus
Abb. Certesige +. Ego Aelsi Abb. S. Au=>
gustini +. Ego Godwine Abb. Wincelcumbe

891b

+. Ego Manny Abb. Eoveshamensis +. Ego
Alfricus Abb. Perscorensis +. Ego Huge=>
linus Camerarius +. Ego Esgar Stallere
+. Ego Robgetus fil. Wimarcstallere +. E=>
go Ordgar Minister +. Ego Osgod Minister
+ Ego Odda Minister. +. Ego Elfgard Mi=>
nister +. Ego Rarld Minister +. Ego Thu=>
red Minister +. Ego Æthelwic Minister
+. Ego Aedridg Minister +. Ego Ordulf
Minister +. Ego Duduco Minister +. Ego
Siward Minister +.

.....

<1114>

ERRATA, sic corrigenda.

Pag. 1. col. 1. l. 29. murs. p. 3. col. 1. l. 43. Faganii.
p. 113. col. 1. l. 66. una cum.

<C.F. February 2011.>